Gramen spicatum aristis pennatis. *I. R. H.* 518. *Scheuch. gram.* 153.

Gramen sparteum pennatum. *Bauh. Pin.* 5. *Theat.* 70.

Spartum austriacum. *Clus. Hist.* 2. *p.* 221.

Vide notam ad num. 182.

216. STIPA (*avenacea*) aristis nudis, calycibus semen aequantibus. *Linn. Spec. Plant.* 5. *p.* 116.

Andropogon folio superiore spathaceo, pedunculis lateralibus oppositis unifloris, aristis flexuosis. *Gron. Virg.* 133.

(Culmi geniculati tenues, folium summum ventricosum longitudine paniculae, panicula coarctata, pedunculi conjugati, flosculi rubentes.)

Ad Supinum et Carpinetum,

AVENA

217. AVENA (*sibirica*) paniculata, calycibus unifloris, seminibus hirsutis, aristis calyce triplo longioribus. *Lin. Spec. Plant.* 1. *p.* 117.

Festuca glumis villosis, aristis calyce triplo longioribus. *Gmel. sibir.* 1. *p.* 113. *t.* 22.

Ad Sonninum.

218. AVENA (*elatior*) paniculata, calycibus bifloris, flosculo hermaphrodito mutico, masculo aristato. *Flor. Svec.* 98. 102.

Avena calycibus bifloris, panicula laxe spica

ta, pedunculis prioribus fasciculatis. *Guett. stamp.* 1. *p.* 182.

Gramen avenaceum elatius, juba longa splendente. *Rai. Meth.* 779. *Angl.* 3. *p.*406. *Moris. Hist.* 3. *p.* 214. *s.* 8. *t.* 7. *f.* 37. *Sceuch. gram.* 239. *Hall. hel.* 225. (*a*)

Avena panicula nutante, calycibus bifloris, altero flosculo aristato. *Roy. Lugbd.* 66,

Gramen nodosum, avenacea panicula, radice tuberibus praedita. *Bauh. P.* 2. *Prodr.* 3. *Theat.* 18. *Scheuch. gram.* 237.

In locis vulgo Molella e terre di due Ponti.

219. AVENA (*villosa*) panicula contracta, flosculis binis hermaphroditis, seminibus villosis, arista dorsi contorta tereti.

(Gramen duas ulnas longus, culmi plures ex eadem radice, folia plana laevia, panicula admodum crassa spadicea, aristis terminalibus brevissimis, dorsi longissima.)

Ad aqua puzza.

Semina detergunt et resolvunt etc.

220. AVENA (*sativa*) paniculata, calycibus dispermis, seminibus laevibus. *Roy. Lugbd.* 65.

Avena nigra. *C. B. P.* 23. (*Vulgo* Biada o avena nereggiante.)

Avena alba. *C. B. P.* 23. (*Vulgo* avena bianca.)

Vegetat a Rocca secca a Pisterno et alibi.

221. AVENA (*fatua vulgo* Avena pelosa giallastra) panicula patente, calycibus trifloris, flosculis basi pilosis. *Lin. Flor. Svec.* 97.

Avena seminibus hirsutis. *Roy Lugbd.* 65.

Festuca utriculis lanugine flavescentibus. *C. B. P.* 10.

Gramen avenaceum, locustis lanugine flavescentibus. *Scheuch. gram.* 239.

Crescit ad Rocca secca et Supino.

222. AVENA (*flavescens*, *vulgo* Gramiccia simile alla vena o biade), panicula laxa, calycibus trifloris brevibus, flosculis omnibus aristatis. *Roy Lugdb.* 66.

Gramen avenaceum pratense elatius, panicula flavescente locustis parvis. *Raii Angl.* 3. *p.* 407. *Hist.* 1284. *Scheuch. gram.* 223.

Gramen avenaceum, spica sparsa flavescente, locustis parvis. *Moris. Hist.* 3. *p.* 215. *s.* 8. *t.* 7. *f.* 42.

In pratis di Vallecorsa e Pisterno.

223. AVENA (*fragilis vulgo* Gramiccia simile al gioglio peloso) spicata, flosculis subquaternis, calyce longioribus. *Biennis. Lin. spec. Pl.* 10. *p.* 119.

Gramen loliaceum lanuginosum, spica fragili articulata, glumis pilosis aristatum. *Scheuch. gram.* 32.

Gramen loliaceum spurium hirsutum, aristis geniculatis. *Barr. Icon.* 905. *f.* 1. 2. 3. *(a)*

In agris.

224. AVENA (*pratensis*) spicata, calycibus quinquefloris. *Lin. spec. Plant.* 11. *p.* 119.

Avena panicula spicata, spiculis cylindricis culmo appressis. *Guett. stamp.* 1. *p.* 182.

Avena spicis erectis calyce spiculis breviore. *Lin. Flor. Svec.* 96. 104. *(a)*

Avena calycibus trifloris, panicula nutante, foliis planis. *Gmel. sybir:* 1. *p.* 129. *(b)*

Gramen avenaceum montanum, spica simplici, aristis recurvis. *Raii Angl.* 3. *p.* 252. *T.* 21. *Scheuch. gram.* 226.

Gramen (*vulgo* Gramiccia simile all'avena di colore rossiccio e risplendente) avenaceum glabrum seu potius hirsutum, panicula purpureo-argentea splendente. *Raii Angl.* 3. *p.* 406. *t.* 21. *f.* 2.

Festuca dumetorum. *Bauh. Pin.* 20. *Prodr.* 19. *ex Vaill. Paris.* 89.

In apricis siccisque pascuis et ad Carpineto Rocca secca etc.

225. AVENA (*nutans*) calycibus eptafloris duobus hermaphroditis quinque sterilibus, panicula nutante amplissima.

Ad montem Lanicum et Sonninum.

LAGVRVS

226. LAGVRVS (*ovatus*, *vulgo* Gramiccia fatta a coda di volpe) spica ovata aristata. *Linn. Hort. Cliff.* 25.

Gramen alopecuroides spica rot undiore. *Bauh. P.* 4. *Theat.* 56.

Gramen spicatum tomentosum longissimis aristis donatum. *Scheuh. gram.* 58.

Lagurus spica cylindrica. (*a*)

Lagurus spica clavata (*b*)

Nascitur alle case nuove e alla Fajola.

ARVNDO

227. ARVNDO (*Donax*, *vulgo* Canna domestica) calycibus trifloris, panicula diffusa. *Roy. Lugbd.* 66.

Arundo sativa. *Linn. Virid. Cliff.* 7. *Hort. Cliff.* 26.

Arundo sativa: quae Donax Dioscoridis. *Bauh. P.* 17. *Theat.* 27.

Producitur a Fiumicino et ad Colliquias.

228. ARVNDO (*Phragmitis*, *vulgo* Canna volgare) calycibus quinquefloris, panicula laxa. *Roy. Lugbd.* 66. *Gronov. Virg.* 137.

Arundo panicula laxa, flosculis quinis. *Linn. Flor. Svec.* 99. 105.

Arundo panicula laxa, calycibus subbifloris *Savu. Monsp.* 38.

Arundo vulgaris seu Phragmites Dioscoridis. *C. B. P.* 17. *Scheuch. gram.* 161.

Iuxta rivulos.

229. ARVNDO (*epigeios*, *vulgo* cannuccia per le scopette) calycibus unifloris, panicula erecta, foliis subtus glabris. *Linn. Spec. Pl.* 4. *p.* 120.

Arundo panicula coarctata erecta integra, foliis inferne glabris. *Linn. Flor. Svec.* 101. 106.

Gramen arundinaceum paniculatum montanum, panicula spadiceo-viridi, semine papposo. *Scheuch. gram.* 124.

Cum praecedenti.

230. ARVNDO (*pumila*) panicula sparsa, glumis bifloris, foliis vix duas lineas latis.

Ad stagna.

231. ARVNDO (*calamogrostis*) calycibus unifloris, culmo ramoso. *Roy. Lugbd.* 66. *Linn. Flor. Lapp.* 42. *Svec.* 100. 107.

Gramen arundinaceum, panicula molli spadicea, majus. *Bauh. P.* 7. *Theat.* 64. *Scheuch. gram.* 122. *t.* 3. *f.* 5.

Ad Flumicinum.

Radix est resolvens et emolliens.

232. ARVNDO (*arenaria*) calycibus uniflo-

ris, foliis involutis mucronato-pungentibus. *Linn.Spec. Pl.* 6. *p.* 121.

Arundo foliorum lateribus convolutis, acumine pungente. *Linn. Flor. Svec.* 102. 108.

Gramen sparteum spicatum, foliis mucronatis longioribus. *C. B. P.* 5.

Gramen spicatum secalinum maritimum maximum, spica longiore. *Scheuch. gram.* 138.

Iuxta rivulos et in arenosis Mediterranei.

233. ARVNDO (*argentea*, *vulgo* Cannuccia con la spazzola quasi di colore d'argento) calycibus bifloris, foliis serratis hispidis, panicula rigida argentea.

Cum praecedenti.

LOLIVM

234. LOLIVM (*perenne*, *vulgo* gioglio con le foglie e spighe strette) spica mutica, spiculis compressis multifloris. *Linn. Spec. Pl.* 1. *p.* 122.

Lolium spicis muticis. *Hort. Cliff.* 24. *Roy. Lugbd.* 69.

Lolium spicis compressis radice perenni. *Flor. Lapp.* 32.

Gramen loliaceum, angustiore folio et spica. *Bauh. P.* 9. *Theat.* 127. *Scheuch. gram.* 25.

Inter segetes.

235. LOLIVM (*molle*) spica mutica, glumis villosis, villis mollibus.

Cum praecedenti.

236. LOLIVM (*rigidum*, *vulgo* Gioglio peloso) spica mutica, glumis villosis, villis rigidis.

Cum praecedenti.

237. LOLIVM (*temulentum*, *vulgo* Gioglio con le spighe appuntate) spica aristata, spiculis compressis aristatis. *Linn. Spec. Pl*, 3. *p.* 122.

Lolium spicis aristatis, radice annua. *Roy. Lugbd.* 69. *Hort. Cliff.* 23.

Gramen loliaceum, spica longiore, seu Lolium Dioscoridis. *Bauh. P.* 9. *The.* 121. *Scheuch. gram.* 31.

Lolium spicis aristatis in culmo adversis. *(a)*

Lolium spicis aristatis in culmo alternis laevibus. *(b)*

Lolium spicis aristatis, in culmo alternis rigidis et villosis. *(c)*

Lolium spicis aristatis, arista in apice tricuspidata. *(d)*

Ad agros.

Externe detergit attenuat etc.

ELYMUS

238. ELYMVS (*arenarius*) spica erecta ar-

cta, calycibus tomentosis flosculo longioribus. *Linn. Spec. Plant.* 1. *p.* 122.

Elymus foliis mucronato-pungentibus. *Linn. Iter. Scan.* 336.

Secale spiculis geminatis. *Flor. Svec.* 106. 111.

Triticum foliis acuminatis pungentibus. *Roy. Lugbd.* 71.

Gramen caninum maritimum, spica triticea nostras. *Raii hist.* 1256. *Scheuch. gram.* 6.

Crescit ad Flumicinum ad Turrim Vajanico et alibi ad littora maris Tyrrreni.

239. ELYMVS (*caput Medusae*) spiculis bifloris, involucris setaceis patentissimis. *Linn. Spec. Pl.* 6. *p.* 123.

Elymus involucris reflexo-patentibus. *Amoen. Acad.* 3. *p.* 21. *Linn.*

Avena lusitanica spicata caput Medusae referens. *Moris. hist.* 3. *p.* 210. *Raii Suppl.* 611.

Gramen hordeaceum, spica aristis longissimis circumvallata. *Scheuch. gram.* 20.

In locis maritimis.

SECALE

240. SECALE (*cereale*) glumarum ciliis scabris. *Linn. Hort. Upsal.* 22.

Secale (*hybernum*) vel majus. *Bauh. P.* 22. *Theat.* 425.

Secale (*vernum*) sive minus. *C. B. P.* 23.

Secale (*villosum*) glumarum ciliis villosis, squamis calycinis cuneiformibus. *Linn. Spec. Plant.* 2. *p* 124.

Gramen spicatum secalinum, glumis villosis in aristas longissimas desinentibus. *T. I. R. H.* 518.

Gramen secalinum maximum. *Park. The.* 1144. (*Vulgo* Segala maggiore)

Gramen creticum spicatum secalinum, glumis ciliaribus. *Tour. Coroll.* 39. *Buxb. Cent.* 5. *p.* 21. *t.* 41.

Habitat locis montani.

Farina seminum est emolliens et detergens Panis optimus conficitur etc.

241. SECALE (*hirsutum, vulgo* Segala con le spighe appuntate) glumis hirsutis, squamis calycinis emarginatis et biaristatis.

Cum praecedentibus etc.

HORDEVM

242 HORDEVM (*vulgare, vulgo* Orzo volgare) flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, ordinibus duobus erectioribus. *Linn. Spec. Plant* 1. *p.* 125.

Hordeum flosculis omnibus hermaphroditis, seminibus corticatis. *Linn. Hort. Vpsal.* 22.

Hordeum flosculis omnibus hermaphroditis. *Roy Lugbd.* 69. *Linn. Hort. Cliff.* 24.

Hordeum flosculis omnibus hermaphroditis seminibus decorticatis. *Linn. Hor. Vpsal.* 23.

Seritur in Sabinis.

Humectans et detergens atque expectorans.

243. HORDEVM (*hexasticon*) flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, seminibus sexfariam aequaliter positis. *Linn. Hort. Vpsal.* 23.

Ad Case nuove.

244. HORDEVM (*marinum*) flosculis lateralibus masculis aristatis, involucris intermediis ciliatis. *Linn. Hort. Cliff.* 24. *Roy. Lugbd.* 69.

Gramen hordeaceum minus et vulgare. *Bauh. P.*9. *The.*134. *Scheuch. gram.*14. (*Vulgo* Gramiccia volgare con li vachi d'orzo.)

Gramen spicatum secalinum minus. *Scheuch. gram.* 17. *Vaill. Paris.* 83. *t.*17. *f.* 6. (*Vulgo* Gramiccia con li vachi di segala.)

Ad Carpinetum Normam et alibi, juxta et supra muros dirutos.

245. HORDEVM (*villosum, vulgo* Orzo salvatico peloso) flosculis binis binis hermaphroditis omnibus aristatis, aristis villosis.

Ad montem Lanico et prope amasenum.

TRITICVM

246. TRITICVM (*aestivum, vulgo* Grano estivo e gentile) glumis ventricosis glabris imbricatis aristatis integris.

Triticum radice annua, spica glabra aristata. *Roy. Lugbd.* 170.

Triticum aestivum. *C. B. P.* 21.

Triticum aristis longissimis et una cum glumis atro-ferrugineis, semine ovato turgido. (*a*)

Triticum aristis longissimis, et una cum glumis atro-ferrugineis, semine oblongo. (*b*)

Seritur.

247. TRITICVM (*hybernum*, *vulgo* Grano vernino e forte) glumis ventricosis laevibus imbricatis submuticis.

Triticum radice annua, spica mutica. *Roy. Lugbd.* 70.

Triticum hybernum aristis carens. *C. B. P.* 21.

Seritur ut supra.

248. TRITICVM (*turgidum*, *vulgo* Grano e Frumento con la spiga corta e di quattro cantoni) glumis ventricosis villosis imbricatis obtusis. *Linn. Hort. Vpsal.* 21.

Triticum radice annua, glumis villosis. *Roy. Lugbd.* 70.

Triticum spica villosa quadrata breviore et turgidiore. *Moris. Hist.* 3. *p.* 176. *S.* 8. *t.* 1. *f.* 14.

Seritur hoc etiam.

Ex farina seminis fit panis quem vulgo commedimus. Est anodina et suppurans in cataplasmatibus etc.

249. Triticum (*Spelta, vulgo* Spelta) calycibus truncatis quadrifloris, flosculis aristatis hermaphroditis, intermedio neutro. *Linn. Hort. Vpsal.* 21.

Hordeum flosculis lateralibus masculis muticis involucro destitutis. *Sauv. Monsp.* 39.

Zea Dicoccos vel Spelta major . *Bauh. P.* 22. *Theat.* 412. *t.* 414.

Seritur locis montanis.

250. TRITICVM *(distichum)* involucris unifloris , floribus aristatis , spica disticha . *Sauv. Monsp.* 39.

Hordeum distichum, spica nitida seu Briza nuncupatum . *I. R. H.* 513.

Zea Briza dicta seu Monococcos germanica . *C. B. P.* 21.

(A Num. 247. usque ad 251. sunt annualia Tritica descripta : sequentia vero sunt perennia.)

In locis ut supra et alibi.

251. TRITICVM (*repens , vulgo* Gramiccia volgare con le radiche serpeggianti ed infestissima alle campagne) calycibus subulatis trifloris acuminatis .

Triticum radice repente, foliis viridibus. *Roy. Lugbd.* 70. *Lin. H. Cliff.* 24. *Flor. Lapp.* 33. *Flor. Svec.* 105. 114.

Gramen caninum arvense sive gramen Dioscoridis. *C. B. P.* 1. *Scheuc. gram.* 5.

Vegetat alle Case nuove Maenza et alibi juxta vias.

252. TRITICVM (*non repens*, *vulgo* Gramiccia con la spiga quasi di Grano) calycibus subulatis quadrifloris aristatis.

Gramen caninum non repens elatius, spica aristata. *Moris. hist.* 3. *p.* 177. *s.* 8. *t.* 1. *f.* 2. *Buxb. Cent.* 4. *p.* 29. *t.* 50.

Gramen loliaceum, radice repente, seu gramen officinarum longioribus aristis donatum. *Vaill. Paris.* 81. *t.* 17. *f.* 2.

(Graminis spica triticea repentis, vulgaris varietas cum spica aristata. *Scheuch. gram.* 9.)

Iuxta vias.

Aperiens et detergens.

TRIANDRIA TRIGYNIA

ERIOCAVLON

253. ERIOCAVLON (*cylindraceum*) culmo cylindraceo ramoso, ramis dicothomis, calyce prolifero.

In paludoso di Maccarese.

MONTIA

254. MONTIA (*fontana*). *Roy Lugbd.* 199. *Lin. Flor. Lapp.* 51. *Flor. Svec.* 108. 115.

Montia aquatica minor. *Mich. gen.* 18. *t.* 13. *f.* 2.

Cameraria arvensis minor. *Dill. giss.* 46.

Alsinoides annua verna . *Vaill. Paris. l.* 3.*f.* 4.

Alsine palustris Portulacae aquaticae similis . *Raii hist.* 1035. *Pet. herb. t.* 10. *f.* 12.

Portulaca arvensis . *C. B. P.* 288.

Vivit in loco vulgo malafede .

HOLOSTEVM

255. HOLOSTEVM (*umbellatum*) floribus umbellatis . *Loesel. t.* 120.

Spergula foliis oppositis , pedunculis umbellatis . *Dalib. Paris.* 134. *Guett. stamp.* 298.

Holosteum caryophyllaeum arvense . *Tabern. Icon.* 233.

Lychnis graminea hirsuta umbellifera . *Moris. hist.* 2. *p.* 546. *s.* 5. *t.* 22. *f.*46.

Caryophyllus arvensis umbellatus, folio glabro . *C. B. P.* 210.

Prope arcem Pali et alibi .

MOLLVGO

256. MOLLVGO (*quadrifolia*) foliis quaternis ovatis, panicula dicothoma. *Roy. Lugbd.* 215.

Anthyllis marina alsinefolia . *C. B. P.* 282.

Antyllis alsinefolia polygonoides major . *Barr. Rar.* 103. *t.* 534.

Ad Ostia Tiberina .

257. MOLLVGO (*verticillata*) foliis verticillatis cuneiformibus acutis , caule subdiviso

decumbente, pedunculis unifloris. *Lin. Hort. Vps.* 24.

Mollugo foliis saepius septenis lanceolatis. *Gronov. virg.* 14.

Alsine Spergula mariana latiori folio, floribus ad nodos, pediculis curtis circa caulem insidentibus, calycibus eleganter punctatis. *Pluk. mant.* 9. *t.* 332. *f.* 5.

Alsine procumbens Galii facie. *Ehret. pict. t.* 6. *f.* 3.

Iuxta Arcem Pali.

Aperiens.

CLASSIS IV.

TETRANDRIA

TETRANDRIA MONOGYNIA

GLOBVLARIA

258. GLOBVLARIA (*Alypum*) caule fruticoso, foliis lanceolatis tridentatis integrisque. *Roy. Lugbd.* 190.

Globularia fruticosa Myrti folio tridentato. *T. Garid. Aix* 210.

Alypum monspeliensium seu frutex terribilis. *I. B. Hist.* 1. *p.* 598. *Niss. Act.* 1712. *p.* 336. *t.* 18.

Thymelaea foliis acutis, capitulo Succisae. *C. B. P.* 463.

Ad montem Marium.

259. GLOBVLARIA (*vulgaris*, *riz.* vocant Bellide con fiore torchino ed anche Globularia turchina .) caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis, caulinis lanceolatis. *Dalib. Paris.* 43. *Linn. Flor. Svec.* 109. 116.

Globularia caule folioso, foliis ovatis integerrimis. *Roy. Lugbd.* 190. *Haller. Helv.* 667.

Aphyllantes Anguillarae. *Cam. Hort.* 18. *t.* 7.

Bellis caerulea, caule folioso. *C.B.P.* 262. (*a*)

Bellis caerulea apula. *Tab. Hist.* 2. *p.* 709. (*b*)

Bellis spinosa caerulea monspeliaca. *Tab. Hist.* 2. *p.* 709.

Ad Castrumnovum et juxta montem Sorat.

260. GLOBVLARIA (*spinosa*, *riz.* Bellide turchina e spinosa) foliis radicalibus crenato-aculeatis, caulinis integerrimis mucronatis. *Linn. Spec. Plant.* 4. *p.* 139.

Globularia spinosa. *T. I. R. H.* 476.

Bellis caerulea spinosa *C. B. P.* 262.

Bellis spinosa, flore globoso *C. B. Prodr.* 121.

Cum praecedenti et ad Supinum et alibi.

261. GLOBVLARIA (*cordifolia*, *riz.* scabiosa piccola con le foglie di bellide) caule subnudo, foliis cuneiformibus tricuspidatis, intermedio minimo. *Linn. Spec. Plant.* 5. *p.* 139.

Globularia foliis radicalibus cuneiformibus re-

tusis dentatis, denticulo intermedio minimo. *Roy. Lugbd.* 190. *Linn. Hort. Cliff.* 491.

Scabiosa Bellidis folio humilis, caule nudo, radice repente, folio cordato. *Moris. hist.* 3. *p* 50. *s.* 6. *t.* 15. *f. ultima.*

Globularia alpina minima Origani folio. *I. R. H.* 467. (*a*)

Bellis caerulea montana frutescens. *C.B.P.* 262.

Scabiosa Bellidis folio pyrenaica minima. *Moris. Hist.* 3. *p.* 51.

Ad Palumbariam Supinum et Carpinetum.

262. GLOBVLARIA (*nudicaulis*) caule nudo, foliis integerrimis lanceolatis. *Linn. Spec. Pl.* 6. *p.* 140.

Globularia pyrenaica, folio oblongo, caule nudo. *Tour. I. R. H.* 467.

Scabiosa Bellidis folio humilis, caule nudo, radice non repente. *Moris. Hist.* 3. *p.* 50. *s.* 6. *t.* 15. *f.* 4.

Bellis caerulea, caule nudo. *C. B. P.* 262. *Raii Hist.* 281.

In arce Praenestina et alibi.

263. GLOBVLARIA (*tetragona*) caule tetragono alato et folioso, foliis cuneiformibus integerrimis decurrentibus.

Iuxta Velinum.

DIPSACVS

264. DIPSACVS (*fullonum* , *vulgo* labbro di Venere, *riz.* Dissaco e Scardalana) foliis sessilibus serratis. *Linn. Spec. Pl.* 1. *p.* 140.
Dipsacus foliis connato-perfoliatis, aristis fructus rectis. *Sauv. Monsp.* 156.
Dipsacus capitulis florum conicis. *Roy. Lugbd.* 188. *Dalib. Paris.* 44.
Dipsacus sylvestris aut Virga pastoris major. *C. B. P.* 385.
Dipsacus sylvestris. *Dod. Pempt.* 735.
Fere ubique.

265. DIPSACVS (*laciniatus*, *vulgo* Dissaco e Scardalana) foliis connatis sinuatis . *Linn. Spec. Plant.* 2. *p.* 141.
Dipsacus folio laciniato. *C. B. P.* 385. *Moris. Hist.* 3. *p.* 158. *s.* 7. *t.* 36. *f.* 4.
Ad Centumcellas.

266. DIPSACVS (*pilosus* , *vulgo* Dissaco e Scardalana minore) foliis petiolatis appendiculatis . *Roy. Lugbd.* 188. *Dalib. Paris.* 44. *Linn. Hort. Vpsal.* 25.
Dipsacus sylvestris, capitulo minore seu Virga pastoris minor *C. B. P.* 385.
Signanter Viterbii.

SCABIOSA

COROLLVLIS QVADRIFIDIS

267. SCABIOSA (*alpina*) corollulis quadrifidis aequalibus, floribus cernuis , foliis pinnatis, foliolis lanceolatis serratis. *Roy. Lugbd.* 188. *Lin. Hort. Cliff.* 30.

Scabiosa alpina , foliis Centaurei majoris. *C. B. P.* 270.

Scabiosa alpina centauroides. *Besl. Eyst. aest.* 122.

Vegetat in monte Gennaro.

268. SCABIOSA (*leucantha* , *vulgo* Scabbiosa grande con le frondi strette e fiore bianco) corollulis quadrifidis aequalibus, squamis calycinis ovatis obtusis , foliis pinnatifidis . *Roy. Lugbd.* 188. *Linn. Hort. Cliff.* 30. *Sauv. Meth.* 241.

Scabiosa flore globoso niveo . *C. B. P.* 207.

Scabiosa fruticans angustifolia alba. *C. B. P.* 270.

Prope Fellettinum.

269. SCABIOSA (*Succisa*, *vulgo* Scabbiosa con le frondi sane,et etiam Morsus diaboli) corollulis quadrifidis aequalibus,caule simplici,ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis integerrimis . *Roy Lugbd.* 188. *Dalib. Par.* 45. *Lin. Hort. Cliff.* 30.

Succisa glabra. *C.B.P.* 269.

Succisa seu Morsus diaboli. *Cam. epit.* 397.

Succisa hirsuta. *C.B.P.* 269. (*a*)

Prope monasterium Sublaci.

270. SCABIOSA (*tatarica*, *vulgo* Scabbiosa di campagna grande) corollulis quadrifidis radiantibus, caule hispido, foliis lanceolatis pinnatifidis, lobis imbricatis. *Linn. Spec. Plant.* 9. *p.* 143.

Scabiosa flosculis quadrifidis, foliis pinnatifidis, laciniis lateralibus erectiusculis. *Acta Upsal.* 1744. *p.* 11. *t.* 1.

Scabiosa altissima segetum. *Triumph. Raii. Suppl.* 236.

Ad montem Gennarum.

Demulcens et pectoralis insignis.

271. SCABIOSA (*arvensis*, *vulgo* Scabbiosa volgare; *riz.* con le frondi intere ed irsuta) corollulis quadrifidis radiantibus, caule hispido, foliis pinnatifidis, lobis distantibus. *Roy. Lugbd.* 188. *Dalib. Paris* 44. *Lin. Hort. Cliff.* 31.

Scabiosa major hirsuta. *C. B. P.* 269.

Scabiosa arvensis. *Taber. hist.* 442.

Scabiosa major communior hirsuta, folio non laciniato. *I. B. Hist.* 3. *p.* 2.

Fere ubique.

Attenuans et lubricans.

272. SCABIOSA (*gramontia, vulgo* Scabbiosa con le frondi tagliate sottilmente) corollulis trifidis, foliis caulinis tripinnatis filiformibus. *Sauv. Monspel.* 268.

Scabiosa capitulo globoso, foliis in tenuissimas lacinias divisis. *C. B. P.* 271. *Magnol. Monsp.* 231.

Secus vias et campos fere ubique autumno floret.

Materiam crassam pectoris attenuat et lubricat.

COROLLVLIS QVINQVEFIDIS

273. SCABIOSA (*columbaria, vulgo* Scabbiosa minore) corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis setaceis. *Roy. Lugbd.* 139. *Dalib. Paris.* 45. *Sauv. Monsp.* 242. *Lin. Hort. Cliff.* 31.

Scabiosa capitulo globoso major. *C. B. P.* 270.

Scabiosa minor. *Cam. epit.* 711.

Scabiosa capitulo globoso minor. *C. B. P.* 270.

274. SCABIOSA (*stellata, vulgo* Scabbiosa con il calice fatto a stella e foglie tagliate) corollulis quinquefidis, foliis dissectis, receptaculis florum subrotundis. *Roy. Lugbd.* 189. *Lin. Cliff.* 31.

Scabiosa stellata folio laciniato major. *C. B. P.* 271.

Scabiosa major hispanica. *Clus. Hist.* 2. *p.* 1. (*a*)

Scabiosa stellata folio laciniato minor. *C. B.* *P.* 271. (*b*)

275. SCABIOSA (*papposa*) corollulis quinquefidis, caule herbaceo, calycibus foliosis caulem superantibus, pappo plumoso. *Roy Lugbd.* 189.

Scabiosa cretica, capitulo papposo mentiente *Tour. Coroll.* 34. *Boerh. Lug.* 1. *p.* 130.

276. SCABIOSA (*pedunculata*) corollulis quinquefidis, omnibus pedunculatis.

Vegetant in pratis campis et juxta vias et signanter a num 274. usque ad 277. juxta septa pineti Sacchetti et alibi.

Omnes pectorale sunt mirabiles.

SHERARDIA

277. SHERARDIA (*arvensis, riz.* Rubbiola coi li fiori turchini) foliis omnibus verticillatis floribus terminalibus. *Lin. spec. Plant.* 1. *p* 149.

Sherardia. *Dill. gen.* 96. *Roy Lugbd.* 257. *Dalib Paris.* 46. *Lin. Hort. Cliff.* 33.

Rubeola arvensis repens caerulea. *C. B. P.* 33: *Prodr.* 145.

Rubia parva flore caeruleo se spargens. *I. B Hist.* 2. *p.* 719.

Ad montem Marium et all' Inzuccherata.

278. SHERARDIA (*muralis*) foliis floralibu

binis oppositis , binis floribus . *Lin. spec. Plant.* 2. *p.* 149.

Asperula verticillata luteola . *C. B. P.* 334.

Asperula verticillata muralis minima . *Col. Ecph.* 302. *t.*300.

Ad clivos lacus castri Gandulfi et Nemi.

Anginam curat .

ASPERVLA

279. ASPERVLA (*arvensis , vulgo* Rubbietta che nasce nelli campi) foliis senis,floribus sessilibus aggregatis terminalibus. *Lin. Hort. Vpsal.* 27.

Asperula foliis pluribus, floribus sessilibus . *Roy. Lugbd.* 255. *Dalib. Paris.* 47. *Lin. Hort. Cliff.* 33.

Asperula caerulea arvensis. *C. B. P.* 334.

Asperula caerulea . *Dod. Pempt.* 355.

Ad Carpinetum montem Lanicum Normam et locos umbrosos.

Ad catamaenia promovenda etc.

280. ASPERVLA (*taurina,vulgo* Rubbia maggiore) foliis quaternis ovato-lanceolatis, floribus fasciculatis terminalibus . *Lin. spec. Plant.* 3. *p.* 160.

Asperula foliis quaternis ovato-lanceolatis ramis alternis . *Roy. Lugbd.* 255. *Hall. Helv.* 457.

Rubia latifolia et quadrifolia laevis. *C. B. P.* 334. *Moris. Hist.* 3. *s.* 9. *t.* 31. *f.* 1.

In nemore Fajola et ad Desertini.

281. ASPERVLA (*tintoria, vulgo* Rubbia) foliis linearibus, inferioribus senis, intermediis quaternis, caule flaccido, floribus plerisque trifidis. *Lin. spec. Plant.* 4. *p.* 150.

Asperula foliis quaternis linearibus, floribus saepius trifidis. *Sauv. Monsp.* 163. *Lin. Flor. Svec.* 115. 122.

Rubeola quadrifolia, caule ramoso flaccido, floribus trifidis. *Hall. rupp.* 8.

Galium album. 3. *Tab. Hist.* 433. *t.* 337. *f.* 1.

Ad Tibur S. Polum Maenzam et alibi.

In menstruis obstructis convenit.

282. ASPERVLA (*pyrenaica*) foliis quaternis lanceolato-linearibus, caule erecto, floribus saepius trifidis. *Lin. spec. Pl.* 5. *p.* 151.

Rubia cynanchica saxatilis. *C. B. P.* 333. *Prodr.* 145. *Burs. XIX.* 9.

Ad lacus Nemi castri Gandulfi et alibi.

283. ASPERVLA (*cynanchica, vulgo* Cruciata foliis inferioribus senis, intermediis quaternis subulatis triquetris, floribus quadrifidis.

Asperula foliis linearibus quaternis summis oppositis. *Roy. Lugbd.* 255. *Sauv. Monsp.* 163.

Rubeola foliis quaternis, seminibus glabris, floribus umbellatis. *Hall. Helv.* 458.

Rubia cynanchica. *C. B. P.* 333. *I. B. Hist.* 3. *p.* 723.

Galium montanum, latifolium cruciatum. *Col. Ecph.* 1. *p.* 296. *t.* 297. *f.* 1.

Ad montem Cavum Fajolam Tusculum vetus et alibi.

GALIVM

FRVCTV GLABRO

284. GALIVM (*rubioides*, *vulgo* Gallio cruciato) foliis quaternis lanceolato-ovatis aequalibus subtus scabris, caule erecto, fructibus glabris. *Lin. spec. Plant.* 2. *p.* 152.

(Facies Galii vulgaris; sed folia duplo latiora subtus scabra, caulis firmus lignosus erectus cylindraceus, panicula brevis conglomerata, semina laevia.)

Habitat sopra la Riccia, e alle Pentime del lago di Diana vulgo di Nemi.

Adstrigens.

285. GALIVM (*palustre*, *vulgo* Gallio acquatico) foliis quaternis ovatis inaequalibus, caulibus diffusis. *Lin. Flor. Svec.* 119. 126.

Galium palustre album. *C. B. P.* 335.

In limosis et humidis terris.

286. GALIVM (*uliginosum*) foliis senis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis

mucronatis rigidis, corollis fructu majoribus.

Aparine foliis lineari-lanceolatis acuminatis rigidis, corollis fructu majoribus. *Roy. Lugbd.* 255. *Lin. Flor. Svec.* 121. 127.

Aparine minor palustris parisiensis, flore albo. *T. I. R. H.* 114. *Vaill. Paris* 14.

Locis aquosis.

287. GALIVM (*spurium*) foliis senis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis simplicibus, fructibus glabris. *Lin. Hort. Vps.* 28.

Aparine semine laeviore. *Raii Hist.* 484.

Aparine foliis crebrioribus, semine laeviore. *Moris. Hist.* 3. *p.* 332.

In multis locis cultis.

288 GALIVM (*saxatile*) foliis senis ovatis obtusis, caule ramosissimo procumbente. *Lin. spec. Hant.* 9. *p.* 164.

Galium caule ramosissimo, foliis quinis obverse ovatis. *Roy Lugbd.* 257. *Lin. Hort. Cliff.* 34.

Galium saxatile supinum, molliore folio. *Iuss. Act. Paris.* 1714. *t.* 15. *p.* 492.

Ad Ardiam Praticam et turrim Vajanico.

In Vulneribus sanguinem sistit.

289. GALIVM (*minutum*) foliis octonis lanceolatis mucronatis serrato-aculeatis glabris

incurvis, fructibus reflexis. *Lin. spec. Plant.* 10. *p.* 154.

Galium saxatile minimum supinum et pumilum, flore luteo. *Tour. I. R. H.* 1151.

Ad montem Lanicum et Normam.

290. GALIVM (*pusillum*) foliis octonis hispidis linearibus acuminatis subimbricatis, pedunculis dichotomis. *Linn. Spec. Plant.* 11. *p.* 154.

Rubeola saxatilis. *C. B. P.* 334. *Prodr.* 145.

Locis montanis ad Rocca secca Sonnino Carpineto.

291. GALIVM (*verum*, *vulgo* Gallio con li fiori gialli) foliis octonis linearibus sulcatis, ramis floriferis brevibus. *Roy. Lugbd.* 256. *Hort. Cliff.* 34.

Galium luteum *C. B. P.* 335.

Ad Inzuccheratam montem Marium et multis aliis in locis.

292. GALIVM (*Mollugo*, *riz.* Mollugine e Gallio ramoso) foliis octonis ovato linearibus subserratis patentissimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *Linn. Spec. Plant.* 14. *p.* 155.

Galium foliis pluribus acutis, caule flaccido, ramis patentissimis. *Roy. Lugbd.* 257. *Linn. Hort. Cliff.* 34.

Mollugo montana angustifolia ramosa. *C. B. P.* 334.

Rubia sylvestris laevis. *C. B. P.* 33.

Mollugo belgarum. *Lob. Icon.* 802.

Ad Pescherellum moletta et alibi.

Haemorrhagias sistit.

293. GALIVM (*purpureum*, *vulgo* Gallio con li fiori oscuri) foliis verticillatis lineari-setaceis pendulis capillaribus, folio longioribus. *Roy. Lugbd.* 256. *Linn. Hort. Cliff.* 34.

Galium nigro-purpureum montanum tenuifolium. *Col. Ecph.* 1. *p.* 298. *C. B. P.* 335.

Ad Nemi selvettum et alibi multis in locis.

294. GALIVM (*rubrum*, *vulgo* Gallio con fiore rosso) foliis verticillatis linearibus patulis, pedumculis brevissimis. *Roy. Lugbd.* 256. *Linn. Hort. Cliff.* 34.

Galium rubro flore. *Clus. Hist.* 2. *p.* 175.

Ad domus novas amasenum et in nonnullis aliis locis.

FRVCTV HISPIDO

295. GALIVM (*boreale*) foliis quaternis lanceolatis trinervis glabris, caule erecto, seminibus hispidis. *Roy. Lugbd.* 257. *Linn. Hort. Cliff.* 64

Rubia pratensis laevis acuto folio. *C. B. P.* 333. *Prodr.* 145.

Ad pinetam Sacchetti.

296. GALIVM (*rotundifolium*) foliis quaternis ovatis aculeato-ciliatis, seminibus hispidis.

Rubia semine duplici, hispido-latis et hirsutis foliis, *Bocconi*. *Moris. Hist.* 3. *p.* 329. *s.* 9. *t.* 21. *f.* 5.

Ad vallem Inferni.

Ejus radix aperien est.

297. GALIVM (*Aparine, riz.* Aparine volgare) foliis octonis lanceolatis carinatis, geniculis villosis, fructu hispido.

Aparine foliis lanceolatis acuminatis scaberrimis, corollis fructu minoribus. *Roy. Lugbd.* 455. *Linn. Flor. Svec.* 120. 128.

Aperine vulgaris. *C. B. P.* 334.

Vivit ubi antecedens.

298. GALIVM (*parisiense*) foliis verticillatis linearibus, pedunculis bifidis, fructibus hispidis.

Aparine foliis lineari-lanceolatis acuminatis flaccidis, corollis fructu minoribus. *Roy. Lugbd.* 255.

Aparine minima. *Rai. Angl.* 3. *p.* 255. *t.* 9. *f.* 1.

Galium parisiense tenuifolium, flore atro-purpureo. *Tour. Inst. R. H.* 664.

Prope sepulchrum Neronis et extra moenia Civitatis Ostiensis.

Syrupus florum menstrua provocat.

CRVCIANELLA

299. CRVCIANELLA (*angustifolia*, *vulgo* Regginella (erecta, foliis senis linearibus,

floribus spicatis. *Sauv. Monsp.* 164. *Linn. Hort. Vpsal.* 27.

Rubia angustifolia spicata. *C. B. P.* 334. *Prodr.* 145.

Ad Maccharese.

In morsu Viperino mirabilis.

300. CRVCIANELLA (*latifolia*) procumbens, foliis quaternis lanceolatis, floribus spicatis. *Sauv. Monsp.* 164.

Rubia latifolia spicata. *C. B. P.* 334.

Ad Baccanum et Fajolam.

301. CRVCIANELLA (*maritima*) procumbens, foliis quaternis, floribus subverticillatis nigris.

Crucianella erecta, foliis quaternis, corolla ad solem connivente. *Sauv. Monsp.* 164.

Rubia maritima. *C. B. P.* 334. *Dod. Pempt.* 357. *Clus. hist.* 2. *p.* 176.

Rubia seu Apparine spicata cretensis. *Clus. hist.* 2. *p.* 176.

Multis in locis, et ad sepes.

302. CRVCIANELLA (*verticillata*) erecta, foliis senis ovato-lanceolatis, floribus vercillatis atro-purpureis.

Ad Ostia Tiberina.

Radix Catamoenia provocat.

303. CRVCIANELLA (*monspeliaca*) repens,

foliis senis, spicis longis. *Sauv. Monsp.* 225.

Rubia spicata repens. *Mang. Monsp.* 225.

Ibidem.

RVBIA

304. RVBIA (*tinctorum*) foliis senis. *Roy. Lugbd.* 254.

Rubia sylvestris aspera. *C. B. P.* 33.

Rubia perennis, foliis saepius quinis. *Sauv. Monsp.* 161.

Rubia tinctorum sativa. *B. P.* 33.

Ad sepes.

Aperiens et sanguinam grumosum resolvit.

305 RVBIA (*peregrina*) foliis quaternis. *Roy. Lugbd.* 254.

Rubia quadrifolia asperrima peregrina. *Herm. Lug.* 523.

Ad Brachianum.

306. RVBIA (*fruotu hispido*) quadrifolia, foliis teretibus, floribus racemosis, fructibus hispidis.

Ad Palumbariam.

Aperit et roborat.

EXACVM

307. EXACVM (*pedunculatum*, *vulgo* Centaurea minore con il fiore giallo) floribus pedunculatis. *Binn. Spec. Plant.* 2. *p.* 163.

Centaurium minus hypericoides, flore luteo,

Limi capitulis. *Pluk. mant.* 43. *t.* 343. *f.* 3.

Ad theatrum flavianum vulgo Colosseo.

PLANTAGO

SCAPO NVDO

308. PLANTAGO (*major*) foliis ovatis glabris, scapo tereti, spica flosculis imbricatis. *Linn. Spec. Plant.* 1. *p.* 163. (Sed scapus est nudus, spica tereti.)

Plantago foliis ovatis glabris. *Roy. Lugbd.* 401. *Dalib. Par.* 50. *Linn. Hort. Cliff.* 43.

Plantago foliis sinuoso - ventricosis ovatis. (*Vulgo* Piantaggine con la foglia larga.) (*a*)

Plantago latifolia glabra minor. *C. B. P.* 189. (*b*)

Plantago angusto folio et ovato in ambitu crenato. (*Vulgo* Piantaggine con la foglia più stretta. (*c*)

Ad loca humecta.

309. PLANTAGO (*angulata*) foliis ovatis glabris, scapo angulato et canaliculato, flosculis distinctis et foliolis interceptis.

Ad mala fede.

310. PLANTAGO (*media*, *vulgo* Piantaggine con la foglia biancheggiante) foliis ovato-lanceolatis pubescentibus, spica cylindrica scapo tereti. *Roy. Lugbd.* 401. *Dalib. Paris* 50. *Linn. Hort. Cliff.* 36.

Plantago latifolia incana. *C. B. P.* 189.
Plantago major incana. *Clus. Hist.* 2. *p.* 109.
Plantago latifolia hirsuta minor. *C. B. P.* 189.
(*a*)
Plantago latifolia incana, spicis variis. *C. B. P.* 189. (*b*)

Vltra Reatem.

311. PLANTAGO (*lanceolata*, *vulgo* Piantaggine di foglia stretta) foliis lanceolatis, spica subovata nuda, scapo angulato. *Roy. Lugbd.* 401. *Hall. Helv.* 471. *Dalib. Paris.* 50. *Linn. Hort. Cliff.* 36.
Plantago angustifolia major. *C. B. P.* 189.
Plantago minor. *Dod. pempt.* 102.
Plantago trinervia, folio angustissimo. *C. B. P.* 189. (*a*)
Plantago minor. *Dod. pempt.* 102.
Plantago trinervia, folio angustissimo. *C. B. P.* 189. *Prodr.* 98. (*Vulgo* Piantaggine di tre nervi di foglia stretta.) (*a*)
Plantago angnstifolia major, caulium summitate foliosa. *C. B. P.* 189. (*Vulgo* Piantaggine con le frondi strette; e nella sommità li suoi gambi sono frondosi.) (*b*)

Ad nemus Porcigliani.

Adstringens absque acerbitate ; mundificat et consolidat etc.

312. PLANTAGO (*Lagopus*, *vulgo* Piantaggine

con la spiga corta e foglia stretta) foliis lanceolatis, spica ovata hirsuta, scapo angulato.

Plantago angustifolia, paniculis Lagopi. *C. B. P.* 189 *Moris. Hist.* 3. *s.* 8: *t.* 16. *f.* 13.

Ad montem Rotundum.

Adstringens.

313. PLANTAGO (*albicans*) foliis lineari-lanceolatis hirsutis, spica cylindrica erecta, scapo tereti foliis longiore.

Plantago foliis lanceolatis linearibus, scapo longitudine foliorum, spica oblonga. *Roy. Lugbd.* 401.

Plantago foliis lanceolato-linearibus, scapo foliis duplo longiore, spica oblonga. *Sauv. Monsp.* 26.

Holosteum hirsutum albicans majus. *C. B. P.* 190.

Holosteum salmaticense majus. *Clus. Hist.* 2. *p.* 110.

Holosteum hirsutum albicans minus. *C. B. P.* 190.

Non procul a Cavi.

Adstringens.

314. PLANTAGO (*alpina*) foliis linearibus planis hirsutis, spica oblonga. *Hall. Helv.* 471.

Holosteum hirsutum nigricans. *C. B. P.* 190.

Non procul a Cavi et ad Rocca di Papa.

Adstringens.

315. PLANTAGO (*maritima*, *vulgo* erba Stella salvatica che nasce nelle maremme) foliis semicylindraceis integerrimis basi lanatis, scapo tereti. *Lin. Flor. Svec.* 127. 133.

Plantago scapo spicato, foliis linearibus subtus convexis. *Lob. Obs.* 163. *Lin. Flor. Lapp.* 63.

Coronopus maritimus major. *C. B. P.* 190.

Prope Piglium ubi adest crypta vulgo del pesce et etiam prope foce verde.

316. PLANTAGO (*subulata*, *vulgo*. Serpentina con le frondi strette) foliis subulatis triquetris striatis scabris, scapo tereti. *Roy. Lugbd.* 402.

Plantago foliis triangulari-prisnaticis. *Guet. st.* 2. *p.* 428.

Holosteum strictissimo folio minus. *C.B.P.* 191.

Serpentina omnium minima. *Lob. Icon.* 439.

Holosteum massiliense. *C. B. P.* 190. (*a*)

Ad primam portam et alibi prope Mediterraneum. Adstringens.

317. PLANTAGO (*Coronopus*) foliis linearibus subdentatis, scapo tereti.

Plantago foliis linearibus pinnato-dentatis. *Roy. Lugbd.* 401. *Dalib. Paris.* 50.

Coronopus sylvestris hirsutior. *C. B. P.* 190.

Herba Stella sive Cornu cervium. *Dod. Pempt.* 190.

Coronopus hortensis. *C. B. P.* 190. (*Vulgo* Erba Stella domestica)

Multis in locis glareosis.

Adstrigens.

318. PLANTAGO (*uniflora*) scapo unifloro. *Dalib. Paris* 50.

Plantago floribus femineis sessilibus ad exortum scapi uniflori maris. *Iust. Act.* 1742. *p.* 131. *t.* 7. *Guett. stamp.* 2. *p.* 26.

Gramen junceum, capitulis quatuor longissimis filamentis donatis. *Pluk. Alm.* 180. *t.* 35. *f.* 2. *Moris. hist.* 3. *s.* 8. *t.* 9. *f.* 30.

Ad S. Orestem et loca humida.

CAVLE RAMOSO

319. PLANTAGO (*psyllium, riz.* Psillo maggiore) caule ramoso, foliis integerrimis, spicis foliosis.

Plantago caule ramoso. *Roy. Lugbd.* 401.

Plantago annua foliis integerrimis, caule ramoso erecto. *Dalib. Par.* 51.

Psyllium majus erectum. *C. P. B.* 191.

Plantago foliis radicalibus dentatis, scapi ramosis integris.

Ad Theatrum flavianum et montem testaceum.

In Combustionibus.

320. PLANTAGO (*dentata*) caule ramoso, foliis omnibus dentatis, spicis foliosis.

Ad montem [illegible]

321. PLANTAGO (*crenata*) caule ramoso, foliis dentatis, spicis aphyllis.

Psyllium Dioscoridis vel indicum, foliis crenatis. *C.B.P.*191.

Prope Cantalupum.

In Oculorum inflammationibus.

CENTVNCVLVS

322. CENTVNCVLVS (*minimus*, *vulgo* Cent' occhio piccolo.) *Dill. giss.* 161. *gen.* 3. *E.N.* *c.* 5. *app.* 92. *t.* 10. *f.* 31.

Centunculus foliis alternis ovatis. *Dalib. Paris.* 52.

Anagallidastrum exiguum, foliis lanceolatis alternis. *Mich. g.* 14. *t.* 18.

Anagallis paludosa minima. *Vaill. Paris.* 12. *t.* 4. *f.* 2.

In Paludosis.

Humectans.

SANGVISORBA

323. SANGVISORBA (*officinalis*, *riz.* Pimpinella salvatica maggiore) spicis ovatis. *Dalib. Paris.* 51. *Roy. Lugbd.* 240. *Linn. Hort. Cliff.* 39.

Pimpinella Sanguisorba major. *C. B. P.* 160.

Pimpinella sylvestris sive Sanguisorba major. *Dod. Pempt.* 1085.

Pimpinella major rigida praealta auriculata

subnuda. *Bocc. Mus.* 2. *p.* 19. *t.* 7. (*a*)

Fere Vbique.

Adstringens et inter vulnerarias non ultimum locum tenet.

324. SANGVISORBA (*canadensis*, *riz.* Pimpinella maggiore con spiga lunga biancheggiante) spicis longissimis. *Roy. Lugbd.* 240. *Linn. Hort. Cliff.* 39.

Pimpinella Sanguisorba canadensis major, spica longiore alba. *Moris. hist.* 3. *p.* 264. *s.* 8. *t.* 18. *f.* 12.

Pimpinella maxima canadensis, longius spicata. *Corn. Canad.* 175. *t.* 174. *Barr. rar.* 18. *f.* 739.

Ad Cantalupum.

In haemorrhagia et nimio mensium fluxu.

EPIMEDIVM

325. EPIMEDIVM (*alpinum*). *Roy. Lugbd.* 402. *Dod. Pempt.* 599. *Lob. Hist.* 176. *Linn. Hort. Clif.* 37.

Ad montem Sorat.

Adstringens et roborans in vulneribus.

CORNVS

326. CORNVS (*mas*, *vulgo* Grugniale salvatico piccolo) arborea, umbellis involucrum aequantibus. *Roy. Lugbd.* 249. *Dalib. Paris.* 52. *Linn. Hort. Cliff.* 38.

Cornus sylvestris mas. *C. B. P.* 447.

Cornus mas pumilus. *Clus. Hist.* 1. *p.* 13.
Cornus hortensis mas. *C. B. P.* 447. (*a*)

Ad Aquam traversam et aliis multis in locis sylvosis.

Adstringentia folia et fructus.

327. CORNVS (*sanguinea*, *vulgo* Grugnale salvatico arboreo) cymis nudis. *Linn. Spec. Plant.* 3. *p.* 170.
Cornus umbellis involucro multoties longioribus. *Roy. Lugb.* 249. *Hall. Helv.* 463. *Dalib. Paris.* 52. *Linn. Hort. Cliff.* 38.
Cornus femina. *C. B. P.* 447.

Vegetat ubi supra.

Adstringens.

ISNARDIA

328. ISNARDIA (*palustris*) *Dalib. Paris.* 53.
Dantia palustris. *Petit. gen.* 49. *t.* 49.
Dantia foliis subovatis pediculatis, floribus in foliorum alis sessilibus. *Guett. Stamp.* 2. *p.* 115.
Ocymophyllum. *Buxb. Act.* 4. 277. *t.* 27.
Alsine palustris, rotundifolia repens, foliis portulacae pinguibus. *Lind. Alsat.* 114. *t.* 2.
Glaux major palustris, flore herbaceo. *Moris. praelud.* 268. *Rai. Hist.* 1102. *Supp.* 635. *Bocc. Mus.* 105. *t.* 84. *f.* 2.

Prope tractum vulgo Proxedis.

Vires saponaceas habet etc,

CAMPHOROSMA

329. CAMPHOROSMA (*acuta*) foliis subulatis, rigidis, glabris. *Linn. Spec. Plant.* 2. *p.* 178.

Camphorata altera. *Tabern. Hist.* 57.

Camphoratae congener. *C. B. P.* 486.

Anthyllis altera Italorum. *Lob. Icon.* 404. *Dalech. hist.* 1150.

Ad Cosimatam.

ALCHEMILLA

330. ALCHEMILLA (*vulgaris*, *vulgo* Alchimilla, e Piede di Leone volgare) foliis lobatis. *Linn. Flor. Svecica* 135. 141.

Alchemilla foliis palmatis. *Roy. Lugbd.* 231. *Linn. Hort. Cliff.* 38.

Alchemilla foliis simplicibus. *Linn. Flor. Lapp.* 66.

Alchemilla vulgaris. *C. B. P.* 319. *(a)*

Alchemilla minor. *I. R. H.* 502.

Ad montem Gennarum etc. Adstringens et in dysenteria etc.

331. ALCHEMILLA (*alpina*) foliis digitatis serratis. *Roy. Lugbd.* 232. *Linn. Flor. Svec.* 136. 142. *Hort. Cliff.* 39.

Alchemilla perennis incana argentea; sive sericea satinum provocans, *Moris. Hist.* 2. *p.* 195. *s.* 2. *t.* 20. *f.* 3.

Tormentilla alpina, foliis sericei. *C. B. P.* 326.

Alchemilla (*hybrida*) alpina pubescens minor. *I. R. H.* 508. *Pluk. Phyt.* 240. *f.* 1. (*a*)

Ad montem Marium.

332. ALCHEMILLA (*pentaphylla*) foliis quinatis, multifidis, glabris. *Linn. Spec. Plant.* 3. *p.* 179.

Alchemilla alpina quinquefolia. *Bauh. Pin.* 320. *Prodr.* 138

Alchemilla alpina pentaphylla, minima, lobis fimbriatis. *Bocc. Mus.* 1. *p.* 18. *t.* 1.

Ad Montem Marium et Gennarum.

Adstrigens.

TETRANDRIA DIGYNIA

CVSCVTA

333. CVSCVTA (*europaea*, *vulgo* Cassuta, et Capelli di Macchia) floribus sessilibus. *Linn. Spec. Plant.* 1. *p.* 180.

Cuscuta nuda, repens, filiformis. *Dalib. Paris.* 53.

Cuscuta major. *C. B. P.* 219.

Cuscuta Camer. *Epit* 984.

Cuscuta nuda repens, filiformis. *Sauv. Monsp.* 11.

Epithymum seu cuscuta minor. *C. B. P.* 219. (*in Officinis* Epitimo, Cuscuta, che nasce sopra il Timo etc.) (*a*)

Super urticas et alias Plantas multis in locis.

334. CVSCVTA (*americana*) floribus pedunculatis . *Loes. It.* 216.

Cuscuta caule aphyllo volubili, repente . *Gronov. Virg.* 18.

Cuscuta inter majorem , et minorem media , filamentis longis , et floribus late super arbores et campos se extendens . *Sloan. Iam.* 85. *Hist.* 1. *p.* 201. *t.* 128. *t.* 4.

Prope Privernum .

In obstructionibus hepatis et lienis etc.

HYPECOVM

335. HYPECOVM (*procumbens*) siliquis arcuatis compressis articulatis. *Lin. Hort. Vpsal.* 31.

Hypecoum. *C. B. P.* 172. *Dod. Pempt.* 449. *Linn. Hort. Cliff.* 38. *Roy. Lugbd.* 402.

Prope S. Sebastianum .

336. HYPECOVM (*pendulum*) siliquis cernuis, teretibus, cylindricis . *Sauv. Monsp.* 263.

Hypecoum siliquis pendentibus non articulatis, incurvis . *Moris Hist.* 2. *p.* 280.

Cuminum sylvestre , siliquatum pone . *Dalech. Hist.* 69.

Ad Primam Portam . Deobstruens .

TETRANDRIA TETRAGYNIA

ILEX

FLORES QVADRIFIDI

337. ILEX (*aquifolium* , *vulgo* agrifolio) foliis ovatis acutis, spinosis. *Roy. Lugbd.* 400. *Gron. Virg.* 12. *Linn. Hort. Cliff.* 40. *Dalib. Paris.* 54.

Ilex aculeata, baccifera. *C. B. P.* 425.

Ilex eadem foliis ex viridi, et luteo variegatis.

Ad aquam transversam. Adstringens.

POTAMOGETON

338. POTAMOGETON (*natans*) foliis oblongo-ovatis, petiolatis, natantibus. *Roy. Lugdb.* 212. *Hall. Helv.* 199. *Dalib. Par.* 54. *Hor. Cliff.* 40. *Flor. Svec.* 139. 145.

Potamogeton rotundifolium. *C. B. P.* 193.

Potamogeton foliis lanceolato-oblongis, petiolis longis. *Gronov. Virg.* 139. (*a*)

Ad Cafarellam. Externe refriferat.

339. POTAMOGETON (*perfoliatum*) foliis cordatis amplexicaulibus. *Roy. Lugbd.* 212. *Hall. Helv.* 199. *Dalib. Par.* 54. *Linn. Fl. Lapp.* 69.

Potamogeton rotundifolium, alterum. *Loes. Prus.* 205. *t.* 65.

In paludibus et aquis pigris.

340. Potamogeton (*densum*) foliis ovatis acuminatis, oppositis confertis, caulibus dichotomis, spica quadrifolia. *Guet. Stamp.* 1.*p.*102.

Potamogeton minus, foliis densis mucronatis, non serratis. *Magn. Monsp.* 303.

Fontinalis media lucens *Bauh. Hist.* 3.*p.* 769. *Rai. Hist.* 189.

Tribulus aquaticus, minor, alter. *Clus. Hist.* 2.*p.* 252.

Habitat in locis ut supra.

341. POTAMOGETON (*lucens*) foliis lanceolatis, planis, in petiolos desinentibus. *Linn. Hort. Cliff.* 40. *Roy. Lugbd.* 212. *Dalib. Paris.* 54.

Potamogeton foliis angustis splendentibus. *C. B. P.* 193.

Fontinalis lucens, major. *Bauh. Hist.* 3.*p.* 769.

Vivit in locis ut supra.

342. POTAMOGETON (*crispum*) foliis lanceolatis, alternis, undulatis, serratis. *Roy. Lugbd.* 212. *Calib. Paris.* 55.

Potamogeton foliis crispis, seu lactuca ranarum, sarmentis planis. *C. B. P.* 193.

Habitat in paludibus et etiam fontibus ipsa in nostra civitate.

343. POTAMOGETON (*serratum*) foliis lanceolatis oppositis subundulatis. *Linn. Spec. Pl.* 6. *p.* 183.

Potamogeton foliis lanceolatis, obscure undulatis, caulibus longe ramosis. *Guet. Stamp.* 1. *p.* 102. *Dalib. Par.* 55.

Potamogeton longo, serrato folio. *C. B. P.* 193.

344. POTAMOGETON (*compressum*) foliis linearibus obtusis, caule compresso. *Roy. Lugbd.* 213. *Dalib. Paris.* 55. *Hort. Cliff.* 40.

Potamogeton caule plano, foliis gramineis undulatis, spica exigua. *Hall. Hel.* 201.

Potamogeton caule compresso, foliis graminis canini. *Rai. Hist.* 189.

Ad rivulos et aquas paludosas.

345. POTAMOGETON (*pectinatum*) foliis setaceis parallelis, approximatis, distichis. *Dalib. Par.* 55. *Lin. Fl. Svec.* 145. 150.

Potamogeton foliis linearibus acutis, longissimis, alternis, confertis. *Roy. Lugbd.* 213.

Potamogetum gramineum, ramosum. *C. B. P.* 193. *Prodr.* 101.

Ad fossas paludosas.

346. POTAMOGETON (*setaceum*) foliis lanceolatis oppositis acuminatis. *Roy. Lugbd.* 213. *Dalib. Paris.* 55.

Potamogeton ramosum, angustifolium. *C. B. P.* 193. *Prodr.* 101.

In fossis et paludibus.

347. POTEMOGETON (*gramineum*) foliis

lineari - lanceolatis alternis, sessilibus, stipula latioribus. *Linn. Fl. Svec.* 144. 151.

Potamogeton gramineum latiusculum, foliis, et ramificationibus dense stipatis. *Rai. Angl.* 3. *p.* 149. *t.* 4. *f.* 3.

Ad paludes, et fossas.

348. POTAMOGETON (*marinum*) foliis linearibus alternis, distinctis, inferne vaginantibus. *Linn. Fl. Svec.* 146. 152.

Potamogeton pusillum fluitans. *Bocc. Sic.* 42. *t.* 20. *f.* 5.

Ad Meditarranei Litora.

349. POTAMOGETON (*pusillum*) foliis linearibus oppositis, alternisque distinctis, basi patentibus, caule tereti. *Dalib. Paris.* 56. *Lin. Flor. Svec.* 147. 153.

Potamogeton foliis linearibus alternis remotis. *Roy. Lugbd.* 213.

Potamogeton pusillum, gramineo folio tenuiore. *Vail. Paris. t.* 22. *f.* 4.

In paludibus.

RVPPIA

350. RVPPA (*maritima*) *Guet. Stamp.* 2. *p.* 416. *Lin. Hort. Cliff.* 436.

Buccaferrea maritima, foliis acutissimis. *Mich. gen.* 72. *t.* 35.

Potamogeton maritimum, gramineis longiori-

bus foliis, fructu fere umbellato. *Rai. Angl.* 3. *p.* 134. *t.* 6. *f.* 1.

Fucus folliculaceus foeniculi folio longiore. *C. B. P.* 365.

Apud Ostia tiberina ad salinas.

SAGINA

351. SAGINA (*procumbens*) ramis procumbentibus, petalis brevissimis. *Linn. Fl. Lapp.* 157. *Roy. Lugbd.* 452.

Sagina scapis, et ramis unifloris. *Guet. Stamp.* 2. *p.* 277.

Alsine pusilla graminea, flore tetrapetalo. *Segu. Veron.* 421. *t.* 1. *f.* 2.

Alsine Saxatilis graminifolia, flosculis tetrapetalis herbidis, et muscosis. *Pluk. Alm.* 22. *t.* 74. *f.* 2. (*a*)

Saxifraga graminea, pusilla, foliis brevioribus, crassioribus, et succulentis. *Rai. Angl.* 2. *p.* 245. (*b*)

Ad portam Latinam.

352. SAGINA (*erecta*) caule erecto unifloro, triflorove. *Lin. Spec. Plant.* 2. *p.* 185.

Sagina scapis unifloris. *Dialib. Paris.* 56.

Alsine foliis caryophyllaeis. *Rai Angl.* 3. *p.* 244. *t.* 15. *f.* 4.

Alsine verna glabra. *Vaill. Paris.* 6. *t.* 2. *Magnol. Monsp.* 14.

In glareosis et sterilibus. Antiscorbutica et aperiens.

TILLAEA

353. TILLAEA (*aquatica*, *vulgo* semprevivo minore) erecta dichotoma, foliis acutis. *Lin. Flor. Svec.* 2. *n.* 156.

Crassula caule dichotomo, foliis linearibus, floribus quadrifidis. *Dalib. Paris.* 98.

Sedum minimum annuum flore roseo tetrapetalo. *Vaill. Paris.* 181. *t.* 10. *f.* 2.

Ad Locum Cavi vocatum. Refrigerans.

354. TILLAEA (*erecta*) floribus lateralibus, foliis obtusis.

Tillaea erecta *Sauv. Monsp.* 129.

Sedum annuum minimum stellatum rubrum. *Magn. Monsp.* 238. *t.* 237.

Habitat cum supradescripta.

355. TILLAEA (*muscosa*) procumbens. *Sauv. Monsp.* 129.

Tillaea. *Dalib Paris.* 43.

Tillaea muscosa annua perfoliata. *Mich. gen.* 22. *t.* 20.

Crassula foliis sessilibus connatis, floribus agregatis in foliorum alis. *Guet. Stamp.* 1. *p.* 97.

Polygonum muscosum minimum. *Bocc. Sic.* 56. *t.* 29. (*Vulgo* Semprevivo minimo.)

Ad Viterbium et in locis muscosis.

CLASSIS V.

PENTANDRIA

PENTANDRIA MONOGYNIA

HELIOTROPIVM

356. HELIOTROPIVM (*europaeum*, *vulgo* erba per li porri) foliis ovatis integerrimis, tomentosis, rugosis, spicis conjugatis. *Sauv. Monsp.* 305. *Linn. Hort. Vpsal.* 33.

Heliotropium foliis ovatis integerrimis spicis conjunctis. *Roy. Lugbd.* 404. *Linn. Hort. Cliff.* 45.

Heliotropium majus Dioscoridis. *C.B.P.* 253.

Vivit fere ubique. In dysenteria.

MYOSOTIS

357. MYOSOTIS (*scorpioides*) seminibus nudis, foliorum apicibus callosis. *Roy. Lugbd.* 404. *Linn. Hort. Cliff.* 45. *Flor. Svec.* 149. 157.

Myosotis (*arvensis*, *vulgo* orecchio di sorcio con foglia *sic* liscia) foliis hirsutis. *Linn. Hort. Cliff.* 46. (*a*)

Myosotis hirsúta arvensis major. *Dill. Gis.* 55. *Flor. Lapp.* 74.

Echium scorpioides arvense. *C.B.P.* 254.

Myosotis (*palustris*) foliis glabris . *Dalib. Paris.* 58. *Lin. Hort. Cliff.* 46. (*b*)

Myosotis glabra pratensis . *Dill. Gis.* 67.

Echium scorpioides , palustre . *C. B. P.* 254.

Juxta rivulos multis in locis. In fistula lacrimali.

358. MYOSOTIS (*lappula*) seminibus aculeatis glochidibus , foliis lanceolatis pilosis . *Dalib. Par.* 57.

Lithospermum seminibus echinatis. *Roy. Lugbd.* 405. *Lin. Hort. Cliff.* 46.

Cynoglossum foliis lanceolatis, floribus in foliorum alis subsessilibus. *Guet. Stamp.* 1. *p.*92.

Cynoglossum minus . *C. B. P.* 257.

Ruderatis, argillosisque in locis.

359. MYOSOTIS (*apula*) seminibus nudis, foliis hispidis, racemis foliosis . *Lin. Spec. Pl.* 4. 189.

Lithospermum seminibus laevibus , corollis vix calycem superantibus , foliis lanceolatis . *Roy. Lugbd.* 405. *Sauv. Monsp.* 62.

Echium luteum , minimum . *C. B. P.* 254.

Echioides lutea , minima , apula , campestris . *Col. Echph.* 1. 184. *t.* 185.

Prope Utricolim.

LITHOSPERMVM

360. LITHOSPERMVM (*Officinale vulgo* Litospermo *et milium solis Officinarum*) semi-

nibus laevibus, corollis calycem vix superantibus, foliis lanceolatis. *Roy. Lugbd.* 505. *Dalib. Paris.* 58. *Lin. Hort. Cliff.* 46.

Lithospermum majus, erectum. *C. B. P.* 258.

Ad montem Marium.

361. LITHOSPERMVM (*Purpuereo caeruleum*) seminibus laevibus, corollis calycem multoties superantibus. *Roy. Lugbd.* 405. *Linn. Hort. Cliff.* 46.

Lithospermum flore magno, caule ex apice radices agente. *Hall. Hel.* 517.

Lithospermum minus, repens, latifolium. *C. B. P.* 258.

Lithospermum repens, majus. *Clus. Hist.* 2. *p.* 163.

Ad Villam vulgo Madama.

Semina Lithontriptica sunt.

ANCVSA

362. ANCHVSA (*Officinalis*, *vulgo* Buglossa con foglia stretta, maggiore) foliis lanceolatis, spicis imbricatis secundis. *Roy. Lugbd.* 406. *Dalib. Paris.* 59. *Lin. Hort. Cliff.* 46.

Buglossum angustifolium majus. *C. B. P.* 256.

Buglossum sylvestre majus, nigrum. *C. B. P.* 256. *Segu. Ver.* 1. *p.* 214.

Ad Clivum Vetulae, et alibi.

363. ANCHVSA (*angustifolia*, *vulgo* Buglos-

sa minore con foglia stretta) racemis subnudis conjugatis .*Roy*. *Lugbd*. 408.

Borago Sylvestris, perennis, flore rufokermesino. *Zan*. *Hist*. 49. *t*. 20.

Buglossum angustifolium, minus. *C*. *B*. *P*. 256. *Moris*. *Hist*. 3. *p*. 438. *s*. 11. *t*. 26. *f*. 4.

Echii facie bulglossum minimum, flore rubente. *Lob*. *Icon*. 576.

Ad domunculam vulgo Matthaei. Radix valde aperiens.

364. ANCHVSA (*sempervirens*, *vulgo* Buglossa sempre verde con foglia grande) pedunculis diphyllis capitatis. *Linn*. *Spec*. *Plant*. 8. *p*. 193.

Anchusa scapis diphyllis. *Roy Lugbd*. 407. *Lin*. *Hort*. *Cliff*. 47.

Buglossum latifolium, semper virens. *C*. *B*. *P*. 256. *Moris*. *Hist*. 3. *p*. 437. *s*. 11. *t*. 26. *f*. 2.

Habitat ut supra.

CYNOGLOSSVM

365. CYNOGLOSSVM (*officinale*, *vulgo* Lingua di Cane, *et* cinoglossa maggiore, e volgare) staminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis, tomentosis, sessilibus. *Linn*. *Spec*. *Plant*. 8. *p*. 192.

Cynoglossum foliis lanceolato-ovatis, corollis calycem aequantibus. *Roy*. *Lugbd*. 406.

Cynoglossum majus, vulgare. *C. B. P.* 257.

Multis in locis, et praecipue ad Januam portuensem. Narcoticam, et Anodynam vim habet etc.

366. CYNOGLOSSVM (*cheirifolium*, *vulgo* Cinoglossa con folia stretta, e biancheggiante) corollis calyce duplo longioribus, foliis lanceolatis. *Roy. Lugbd.* 466. *Sauv. Monsp.* 64.

Cynoglossum Creticum, argenteo angusto folio. *C. B. P.* 257. *Linn. Hort. Cliff.* 47.

Cynoglossum Creticum. 1. *Clusii. Hist.* 2. *p.* 162.

Ad montem Circaeum.

367. CYNOGLOSSVM (*apenninum*) staminibus corollam aequantibus. *Sauv. Monsp.* 64. *Linn. Hort. Vpsal.* 33.

Cynoglossa montana maxima frigidarum regionum. *Col. Ecph.* 1. *p.* 168. *t.* 170.

Ad Praenestum.

PVLMONARIA

368. PVLMONARIA (*officinalis*, *vulgo* Pulmonaria con foglia macchiata) foliis radicalibus ovato-cordatis scabris. *Roy. Lugbd.* 403. *Haller. Helvet.* 516. *Dalib. Paris.* 60.

Symphytum maculosum seu Pulmonaria latifolia. *C. B. P.* 259.

Pulmonaria vulgaris latifolia flore albo. *T. I. R. H.* 136.

Pulmonaria non maculoso folio (Pulmonaria non macchiata.) *Clus. Hist.* 2. *p.* 168. *C. B. P.* 259. (*a*)

Ad montem vulgo Libretto et ad Inzuccherata.

PERIANTHIVM LONGITVDINE TVBI COROLLAE

369. PVLMONARIA (*maritima*) calycibus abbreviatis, foliis ovatis, caule ramoso procumbente. *Linn. Spec. Plant.* 5. *p.* 195.

Cerinthe foliis ovatis petiolatis. *Roy. Lugbd.* 408. *Linn. H. Cliff.* 48.

Cerinthe maritima, procumbens. *Dill. Elth* 75. *t.* 65. *f.* 75.

Cynoglossum procumbens glaucophyllum maritimum. *Pluk. Alm.* 126. *t.* 172. *f.* 3.

Cynoglossum perenne, maritimum, procumbens. *Moris. Hist.* 3. *p.* 450. *s.* 11. *t.* 28. *f.* 12.

Echium marinum. *Rai Angl.* 3. *p.* 270.

Ad Flumicinum et non procul ab Ostiis Tiberinis. Emolliens et humectans.

SYMPHYTVM

370. SYMPHYTVM (*Officinale*, *vulgo* consolida maggiore con il fiore rossiccio) foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. *Roy Lugbd.* 407. *Lin. Hort. Cliff.* 47.

Symphytum consolida major, flore albo. *C B. P.* 259. (*a*)

Symphytum consolida major flore rubro. *C. B. P.* 259.

Extra januam D. Pauli et alibi. Planta glutinosa et consolidans.

371. SYMPHYTVM (*orientale*, *vulgo* consolida maggiore simile alla Boraggine) foliis ovatis subpetiolatis. *Linn. Spec. Plant.* 3. *p.* 195.

Symphytum Orientale, folio subrotundo aspero, flore caeruleo. *Tour. Coroll.* 7.

Symphytum Costantinopolitanum, borraginis folio et facie, flore albo, *Tour. Coroll.* 7. *Bux. Cent.* 5. *p.* 36. *t.* 68.

Prope Setiam et ad Pontinas.

372. SYMPHYTVM (*tuberosum*, *vulgo* consolida maggiore con tuberosa radica) foliis summis oppositis. *Linn. Spec. Plant.* 2. *p.* 195.

Symphytum majus tuberosa radice. *C. B. P.* 259.

Symphytum radice tuberosa. *Cam. Epit.* 701.

Symphytum tuberosa radice, flore exalbido (Consolida con fiori biancheggianti e radica tuberosa.) *(a)*

Symphytum tuberosa radice, flore flavo (con fiore gialletto, radica tuberosa.) *(b)*

Symphytum tuberosa radice, flore croceo (con fiore giallo cupo, radice tuberosa.) *(c)*

Symphytum tuberosa radice, flore egilvo luteo, limbo croceo (con fiore di colore cenerogniolo e la bocca gialla.) *(d)*

In umbrosis et humidis vivit.

Optime convenit in vulneribus et ulceribus.

CERINTHE

373. CERINTHE (*major*) foliis amplexicaulibus, fructibus geminis, corollis obtusiusculis patulis. *Linn. Spec. Plant.* 1. *p.* 195.

Cerinthe foliis cordatis sessilibus. *Roy. Lugbd.* 408. *Linn. Hort. Cliff.* 48.

Cerinthe flore rubro purpurascente. *C. B. P.* 258. (*Rizot.* Cerinte con li flori porporascenti.) *(a)*

Cerinthe flavo flore, asperior. *C. B. P.* 258. (con fiori gialli, e più spinose, e ispide le frondi.) *(b)*

Cerinthe foliis caulem amplexantibus, dentibus floris revolutis brevissimis. *Hall. Helv.* 515.

Ad domunculam Matthaci. Humectans et refrigerans.

374. CERINTHE (*mincr*) foliis amplexicaulibus emarginatis, fructibus geminis, corollis acutis, clausis. *Linn. Spec. Plant.* 1. *p.* 137.

Cerinthe seu Cynoglossum montanum majus. *C. B. P*, 258,

In loco vulgo Casa broda.

375. CERINTHE (*echioides Rizot.* Ancusa con fiori gialli minore , e maggiore) foliis lanceolato - linearibus quaternis distinctis . *Roy. Lugbd.* 408.

Anchusa lutea minor . *C. B. P.* 255.

Anchusa echioides , lutea , Cerinthae flore , montana . *Col. Ecph.* 1. *p.* 182. *t.* 183.

Anchusa lutea major . *C. B. P.* 255.

Anchusa tertia . *Cam. epit.* 736.

Anchusa lutea . *Dal. Hist.* 1102.

Ad locum Casa Broda, et prope rivulos non procul a Romae Civitate.

BORAGO

376. BORAGO (*officinalis, vulgo* Boragine comune) foliis omnibus alternis , calycibus patentibus . *Hort. Vpsal.* 34.

Borago calycibus patentibus . *Roy. Lugbd.* 403. *Dalib. Paris.* 61. *Linn. Hort. Cliff.* 44.

Buglossum latifolium , flore caeruleo . Borago *C. B. P.* 256.

Borago flore albo . Borago floribus albis . (Boraggine con li fiori bianchi) *T. B.* 3. 574.

In Agris multis in locis . Laudatissimum Cardiacum etc.

ASPERVGO

377. ASPERVGO (*procubens*) *Roy. Lugbd.* 404. *Hall. Helv.* 522. *Dalib. Par.* 61.

Buglossum silvestre(Buglosso salvatico) , cau-

libus procumbentibus. *C. B. P.* 257. *Moris. Hist.* 3. *p.* 439. *f.* 11. *t.* 26. *f.* 13.

Prope Arcem dirutam Ortanam.

LYCOPSIS

378. LYCOPSIS (*vesicaria*) foliis integerrimis, caule prostrato, calycibus frutescentibus, inflatis, pendulis. *Roy. Lugbd.* 403. *Linn. Hort. Cliff.* 44.

Echioides flore pullo. *Riv. Mon.* 11.

Buglossum procumbens, annuum, pullo minimo flore (Buglosso con fiori piccoli, e oscuri). *Moris. Hist.* 3. *p.* 439. *f.* 11. *t.* 26. *f.* 11.

In via quae ad S. Joannem pergit.

379. LYCOPSIS (*variegata*) foliis repandis, dentatis, callosis, caule decumbente, corollis cernuis. *Linn. Hort. Vpsal.* 34.

Lycopsis foliis repando dentatis. *Roy. Lugbd.* 404. *Linn. Hort. Cliff.* 44.

Buglossum Creticum, verrucosum. *Stiss. Bot.* 57. *t.* 57.

Buglossum annuum, humile, bullatis foliis flore caeruleo eleganter variegato (Buglosso con fiori turchini, e foglie bollate). *Moris. Hist.* 3. *p.* 439. *s.* 11. *t.* 26. *f.* 10.

Prope locum vulgo Cavi. Febrifuga et vulneraria.

380. LYCOPSIS (*arvensis*) foliis lanceolatis hispidis, calycibus florentibus erectis. *Roy*

Lugbd. 404. *Gron. Virg.* 20. *Dalib. Paris* 61.
Buglossum minus, sylvestre (Buglosso salvatico piccolo) *C. B. P.* 257.

Habitat cum praecedenti.

ECHIVM

381. ECHIVM (*fruticosum*) caule fruticoso. *Roy Lugbd.* 407. *Linn. Hort. Cliff.* 43.
Echium Africanum, fructicans, foliis pilosis. *Comm. Hort.* 2. *p.* 107. *t.* 54.

Prope Castrum Veterem in Sabinis.

382. ECHIVM (*Italicum*, *vulgo* Echio, et Erba Viperina con fiori bianchi) corollis vix calycem excedentibus, margine villosis. *Linn. Hort. Vpsal.* 35.
Echium majus, et asperius, flore albo. *C. B. P.* 254. *Cam. Epit.* 738.
Lycopsis (*pilosus*) *C. B. P.* 255. (*a*)

Secus vias suburbanas, agrosque fere ubique.

383. ECHIVM (*vulgare*, *vulgo* Erba viperina et Echio volgare) caule tuberculato hispido, foliis caulinis lanceolatis, hispidis, floribus spicatis lateralibus. *Roy. Lugbd.* 407. *Dalib. Paris.* 61.
Echium vulgare. *C. B. P.* 254. *Clus. Hist.* 2. *p.* 143.

Ad vias et colles. Emollientem possidet facultatem et sanguinis acrimoniam purgat.

ANDROSACE

384. ANDROSACE (*carnea*) foliis rotundis glabris.

Androsace *Matthioli edit. Valgris*. 795.

Ad Rignanum.

Aretia foliis ciliatis linearibus, floribus umbellatis. *Hall. Helv*.486. *t*. 7. (*a*)

Sedum alpinum, angustissimo folio, flore carneo. *P. C. B*. 234.

Ad Rignanum.

PRIMVLA

385. PRIMVLA (*veris*) foliis dentatis rugosis. *Roy. Lugbd*. 415. *Dall. Paris*. 62. *Linn. Flor. Svec*. 161. *Hort. Cliff*. 51.

Primula (*officinalis*, *vulgo* Erba Paralisis, et Primola vera, *cum sequentibus*) veris odorata, flore luteo simplici. *I. B. Hist*. 3. *p*.495.

Verbasculum pratense odoratum. *C. B. P*. 241.

In pratis montanis Tiburtinis. In paralysi ad defectum spirituum.

386. PRIMULA (*rugosa*) foliis dentatis rugosis, limbo corollarum concavo.

Cum praecedenti.

387. PRIMVLA (*dentata*) foliis dentatis rugosis, limbo corollarum plano.

Vbi supra vivit.

388. PRIMVLA (*incana*) foliis integris rugo-

sis, incanis, scapo erecto, polyanthos.

Ad prata Tiburtina montana.

389. PRIMVLA (*elatior*) foliis integris, rugosis, incanis, scapo nullo.

Primula veris, pallido flore elatior. *Clus. Hist. p.* 302.

Verbasculum sylvestre, majus, singulari flore. *C. B. P.* 241.

Habitat in locis ut supra.

390. PRIMVLA (*farinosa*) foliis crenatis, glabris, florum limbo plano. *Hort. Cliff.* 50.

Primula foliis crenatis glabris. *Roy. Lugbd.* 415.

Primula veris rubro flore. *Clus. p.* 340.

Verbasculum umbellatum, alpinum minus. *C. B. P.* 242.

Prope locum vulgo Casa broda

391. PRIMVLA (*vitaliana*) foliis linearibus integerrimis, floribus sessilibus. *Linn. Spec. Pl.* 6. *p.* 206.

Primula flore subsessili, foliis linearibus. *Amoen. Acad.* 1. *p.* 160.

Vitaliana. *Sesl. Epist.* 69. *tab.* 10. *f.* 1.

Sedum alpinum exiguis foliis. *C. B. P.* 284.

Sedum alpinum F. Gregorii regiens. 1. *col. Ecph.* 2. *p.* 63. *f.* 1. *Rai. Hist.* 1044.

Calyces longitudine tubi corollae, ultra me-

dium quinquefidi, corolae limbus quinquefidus, lobis ovatooblongis.

Prope Podium Bastone.

CYCLAMEN

392. CYCLAMEN (*europaeum, vulgo* Ciclamino, *et Arthanita offic.*, *et* Pane Porcino *cum sequentibus varietatibus*) corolla retroflexa. *Linn. Spec. Plant. l. p.* 207.

Cyclamen foliis cordatis, corolla reflexa. *Linn. Vpsal.* 47. *Mat. Med.* 65.

Cyclamen. *Roy. Lugbd* 414. *Linn. Hort. Cliff.* 49.

Cyclamen. *Cam. Epit.* 35. *(a)*

Cyclamen orbiculato folio. *C. B. P.* 308. *(b)*

Cyclamen anguloso folio. *C. B. P.* 308. *(c)*

Cyclamen folio maculato. *(d)*

Cyclamen flore albo odorato. *(e)*

Cyclamen radice minima, folio amplissimo. *(f)*

In nemorosis, et umbrosis. (f) apud montem Sorat sed est rarum.

Cyclamen (*romanum*) aestivum. *Clus. Hist.* 265. *(g)*

Cyclamen autumno florens. *(h)*

Cyclamen vere et hyeme florens. *(i)*

Cyclamen vere tantum florens. *(l)*

Cyclamen hyeme tantum florens. *(m)*

In dumetis et umbrosis.

Succus abdomini hydropicorum applicatus aquas educit.

MENYANTHES

393. MENYANTHES (*nymphoides*, Trifolium aquaticum *Officinis*) foliis cordatis integerrimis,corollis ciliatis. *Linn. Spec. Plant.* 1. *p.* 207.

Menyanthes foliis orbiculatis, corollis margine laceris. *Roy. Lugbd.* 430. *Dalib. Par.* 62. *Linn. Hort. Cliff.* 53.

Nymphaea lutea minor, flore fimbriato. *C. B. P.* 194.

In fossis Sermonetae et Pontinis aquis.

Vires mirabiles in Scorbuto.

HOTTONIA

394. HOTTONIA (*palustris*) pedunculo verticillato multifloro. *Boerh. Lugbd.* 1. 207. *Roy. Lugbd.* 41. *Dalib. Par.* 93. *Linn. Hort. Cliff.* 51. *Hall. Helv.* 487.

Millefolium aquaticum, sive Viola aquatica, caule nudo. *C. B. P.* 141.

Millefolium aquaticum equisetifolium, caule nudo. *C. B. P.* 141.

Fere in omnibus fossis et paludibus.

LYSIMACHIA

395. LYSIMACHIA (*vulgaris Rizzot.* Lisimachia con li fiori gialli maggiore) paniculata, racemis terminalibus. *Linn. Spec. Plant.* 1. *p.* 209.

Lysimachia foliis lanceolatis, racemo composito terminali. *Roy. Lugbd.* 416. *Linn. Virid. Cliff.* 415.

Lysimachia foliis lanceolatis corymbo terminali. *Linn. Fl. Lapp.* 81. *Hort. Cliff.* 50.

Lysimachia lutea major. *C. B. P.* 245.

Fere in omnibus fossis habitat. Adstringens.

396. LYSIMACHIA (*thyrsifera*) racemis lateralibus, pedunculatis. *Linn. Spec. Pl.* 4. *p.* 209.

Lysimachia racemis simplicibus lateralibus. *Roy. Lugbd.* 416. *Linn. Virid. Cliff.* 13.

Lysimachia ex alis foliorum thyrsifera. *Linn. Fl. Lapp.* 82. *Hort. Cliff.* 52.

Lysimachia bifolia, flore globoso, luteo (lisimachia di due foglie con fiori gialli.) *C. B. P.* 245.

Lysimachia lutea. *II. Clus. Hist.* 2. *p.* 53. *f.* 12.

In paludibus multis in locis.

397. Lysimachia (*quadrifolia*. Lisimachia con quattro foglie e con fiori gialli) foliis quaternis subsessilibus, pedunculis quaternis unifloris. *Linn. Spec. Pl.* 5. *p.* 210.

Lysimachia foliis ovato-acutis quaternis. *Gron. Virg.* 20.

Anagallis Marina lutea foliis latis stellatis. *Pet. Gaz.* 5. *t.* 2. *f.* 5.

Anagallis lutea foliis et floribus ex eodem exortu quatuor, ex aequalibus surculorum intervallis cruciatim positis. *Pluk. Mant.* 12. *t.* 333. *f.* 1.

Vitam vivit ad Flumicinum.

398. LYSIMACHIA (*punctata*) foliis subquaternis, pedunculis verticillatis unifloris. *Linn. Spec. Plant.* 6. *p* 210.

Lysimachia foliis lanceolatis, floribus solitariis. *Linn. Hort. Cliff.* 52. *Roy. Lugbd.* 416. *Gron. Virg.* 20.

Lysimachia lutea minor foliis nigris punctis notatis *C. B. P.* 245.

Blattariae affinis planta minor flore luteo foliis nigris punctis notatis. *Moris. Hist.* 2. *p.* 491. *Sec.* 5. *t.* 10. *f.* 15.

Juxta aquarum paludes inter Typhas et etiam inter Arundines.

399. LYSIMACHIA (*linum stellatum*) calycibus corollam superantibus, caule erecto ramosissimo. *Roy. Lugbd.* 416. *Sauv. Monsp.* 130.

Linum minimum stellatum (lino salvatico piccolo, e ramoso) *C. B. P.* 214. *Prodr.* 107. *Magn. Monsp.* 163. *t.* 162.

Ad Amphitheatrum Flavium et alibi.

400. LYSIMACHIA (*nemorum*) foliis ovatis,

acutis, floribus solitariis, caule procumbente. *Roy. Lugbd.* 416. *Linn. Hort. Cliff.* 52.

Anagallis lutea nemorum. *C. B. P.* 252. *Moris. Hist.* 2. *p.* 569. *Se.* 5. *t.* 26. *f.* 5.

Anagallis. *Clus. Hist.* 2. *p.* 182.

Iuxta dumeta della Cervelletta.

401. LYSIMACHIA (*nummularia*, *vulgo* Nummularia maggiore con li fiori gialli) foliis subcordatis, floribus solitariis, caule procumbente. *Roy. Lugbd.* 416. *Hall. Helv.* 481. *Linn. Hort. Cliff.* 52.

Nummularia major, lutea. *C. B. P.* 309.

Anagallis mas. *Cam. Epit.* 394.

Ad planum vulgo duarum Turrium; et alibi.

Adstringens, mundificans, et exiccans.

402. LYSIMACHIA (*tenella*) foliis ovatis acutiusculis, pedunculis folio longioribus, caule repente. *Linn. Spec. Plant.* 11. *p.* 211.

Lysimachia foliis subrotundis, floribus solitariis, longe pedunculatis. *Guet. Stamp* 2. *p.* 119.

Lysimachia foliis orbiculatis, planis, floribus solitariis, rubellis, caule repente. *Sauv. Monsp.* 135.

Nummularia minor, purpurascente flore (*Vulgo* Nummularia minore con li fiori rosseg-

gianti). *C. B. P.* 310. *Prodr.* 139. *Moris. Hist.* 2. *p.* 567. *Se.* 5. *t.* 26 *f.* 2.

Juxta rivulum della Giustiniana et alibi.

In Pulmonibus ulceratis succus mirabilis.

ANAGALLIS

403. ANAGALLIS (*arvensis, vulgo* Anagallide con fiore rosso, o sia maschio) foliis indivisis, caule procumbente. *Linn. Spec. Plant.* 1. *p.* 211.

Anagallis foliis indivisis. *Roy. Lugbd.* 416.

Anagallis foliis ovatis. *Linn. H. Cliff.* 52.

Anagallis phoeniceo flore. *C. B. P.* 252. (*a*)

Anagallis caeruleo flore (Anagalli con fiore turchino o sia femina.) (*b*)

In arvis multis in locis. Ad cerebri morbos convulsivos.

404. ANAGALLIS (*monelli*) foliis indivisis, caule erecto. *Linn. Spec. Plant.* 2. *p.* 211.

Anagallis foliis lanceolatis. *Linn. Hort. Cliff.* 52.

Anagallis caerulea foliis binis, ternisve ex adverso nascentibus. *C. B. P.* 252.

Anagallis tenuifolia Monelli. *Clus. App. alt.*

Prope Montem Virginem, quarto ab urbe lapide.

In hypochondriacis morbis etc.

AZALEA

405. AZALEA (*procumbens*) ramis diffuso-procumbentibus. *Hall. Helv.* 416. *Linn. Fl. Lapp.* 90. *t.* 6. *f.* 2.

Chamaerhododendros supina, ferruginea, Thymi folio, alpina. *Bocc. Mus.* 2. *p.* 64. *t.* 53.

Chamaecistus Serpyllifolia, floribus carneis. *C. B. P.* 466.

Supra montes Fellettinos.

406. AZALEA (*repens*) ramis repentibus, foliis crenatis.

Vivit cum precedenti, a qua differt caule statim diviso, ramis repentibus et per intervalla radices sub terram condentibus, flore satis amplo, et intense caeruleo.

PLVMBAGO

407. PLVMBAGO (*europaea, vulgo* Dentellaria, *et* Caprinella, *et etiam* Plombagine) foliis amplexicaulibus. *Roy. Lugbd.* 417.

Lepidium dentillaria dictum. *C. B. P* 97.

Tripolium Dioscordis. *Col. Ecph.* 1. *p.* 160. *t.* 161.

Vivit juxta sepes, et vias ubique.

Plumbago humilior, flore albo. *(a)*

Vegetat non procul a monte Faliscio.

Est summe aperiens, sed nimis acris etc.

PHLOX

408. PHLOX (*tuberosa*) foliis lobatis sinuosis, et ventricosis, caule subdichotomo, floribus in umbellam dispertitis, frutescens.

Planta duas ulnas fere alta, vestita foliis lacu-

nosis, et heptapleuris, sessilibus, et lobatis; lobis in acutum desinentibus ; radice tuberosa; caule ab imo statim per dichotomiam diviso, deinde subdiviso; iterumque subdiviso, tandem umbella constans 20. et ultra floribus ohroleucis satis amplis, et splendentibus.

Vivit prope Arcem S. Michaelis 13. ab urbe lapide.

CONVOLVVLVS

CAVLE VOLVBILI

409. CONVOLVVLVS (*arvensis*, *vulgo* Convolvolo minore, *et* Campanella) foliis sagittatis, utrinque acutis, pedunculis unifloris. *Dalib. Paris.* 65.

Convolvulus foliis sagittatis utrinque acutis. *Roy. Lugbd.* 427. *Linn. H. Cliff.* 66.

Convolvulus minor, arvensis. *C.B.P.* 294.

Fore ubique juxta agrorum semites. Purgans, detergens etc.

410. CONVOLVVLVS (*sepium*, *vulgo* Convolvolo maggiore con fiore bianco) foliis sagittatis, postice truncatis, pedunculis tetragonis unifloris. *Roy. Lugbd.* 247. *Dalib. Paris.* 65.

Convolvulus major albus. *C. B. P.* 294.

Convolvulus foliis sagittatis postice truncatis. *Lin. Hort. Cliff.* 66.

Juxta sepes, et dumenta fere ubique. Purgans, et resolvens etc.

411. CONVOLVVLVS (*althaioides*) foliis palmatis, cordatis, sericeis, lobis repandis, pedunculis polyfloris.

Convolvulus foliis cordatodigitatis, sericeis, foliolis linearibus, intermediis duplo longioribus. *Roy. Lugbd.* 429. *Sauv. Monsp.* 202.

Convolvulus argenteus folio Althaee (Convolvolo argenteo con foglie d' Altea). *C. B. P.* 295. *(a)*

Convolvulus Betonicae, Althaeaeqne foliis repens, argenteus. *Barr. rar.* 5. *t.* 312.

Convolvulus argenteus elegantissimus, foliis tenuiter incisis (sottilmente tagliate). *Tou. I. R. H.* 85. *(b)*

Prope Pontem, vulgo Ponte Galera. (b) juxta Ansuram Junio floret.

CAVLE PROSTRATO

412. CONVOLVVLVS (*siculus*) foliis cordatoovatis, pedunculis unifloris, bracteis lanceolatis, flore sessili. *Lin. Spec. Plant.* 26. *p.* 223.

Convolvulus foliis ovatis acutis, floribus duplici bractea succinctis. *Roy. Lugbd.* 428.

Convolvulus Siculus, minor, flore parvo auriculato. *Bocc. Sic.* 89. *t.* 48.

Prope Centum Cellas, et alibi.

413. CONVOLVVLVS (*gneorum*) foliis lan-

ceolatis obtusis, sericeis, pedunculis multifloris.

Convolvulus major erectus, creticus, argenteus. *Moris. Hist.* 2. *p.* 11. *Se.* 1. *t.* 3. *f.* 1.

Convolvulus Saxatilis erectus, villosus, perennis. (*Rizzot.* Convolvolo perenne, e peloso) *Barr. rar.* 4. *t.* 170. *Bocc. Mus.* 2. *p.* 79. *t.* 70.

Cneorum album, folio oleae argenteo molli *C. B. P.* 463.

Prope Ansuram. Eliminat superfluas serositates etc.

414. CONVOLVVLVS (*lineatus*) foliis ex adverso lanceolatis, sericeis, pedunculis multifloris.

Convolvulus serpens, maritimus, spicae foliis. *Triumf. Obs.* 91. *t.* 91. *f.* 2.

Convolvulus Saxatilis, erectus, villosus, perennis. *Barr. Rar.* 1. *t.* 470. *Bocc. Mus.* 2. *p.* 79. *t.* 70.

Dorycnium. *Alp. exotic.* 74 *t.* 73.

Prope Ansuram, non procul a Templo Neptuni.

415. CONVOLVVLVS (*cantabrica* campanella piccola con frondi strette) foliis lineari-lanceolatis acutis, caule ramoso recto, pedunculis bifloris. *Linn. Hort. Cliff.* 68. *Sauv. Monsp.* 56.

Convolvulus minimus spicaefolius. *Moris. Hist.* 2. *p.* 17. *Se.* 1. *t.* 4. *f.* 3.

Convolvulus linariae folio. *C. B. P.* 295.

Cantabrica quorundam. *Clus. Hist.* 2. *p.* 49.

Prope Farnesium habitat.

416. CONVOLVVLVS (*tricolor*) foliis lanceolatoovatis glabris, caule declinato, floribus solitariis. *Roy. Lugbd.* 428.

Convolvulus foliis lanceolato-ovatis nudis, caule recto, floribus solitariis. *Linn. Hort. Cliff.* 68. *Vpsal.* 38.

Convolvulus peregrinus caeruleus, folio oblongo. *C. B. P.* 295.

Convolvulus peregrinus caeruleus, folio oblongo, flore triplici colore insignito. *Moris. Hist.* 2. *p.* 17. *Sc.* 1. *t.* 4. *f.* 4.

Campanella con fiori turchini, e frondi lunghe.

Prope montem Cori,

417. CONVOLVVLVS (*soldanella*, *vulgo* Soldanella) foliis reniformibus, pedunculis unifloris. *Roy. Lugbd.* 428.

Brassica marina. *Cord. Hist.* 205.

Soldanella maritima minor. *C. B. P.* 295.

Circa litus Maris Mediterranei, fere ubique. Purgat, et resolvit etc.

418. CONVOLVVLVS (*lobatus*) repens foliis hastatosagittatis et lobatis, lobis truncatis, pedunculis polyfloris.

Secus viam, quae ducit ad Malam cryptam et etiam quae ad Januam Divi Laurentii ducit intra Civitatem, ad laevam.

IPOMAEA

419. IPOMAEA (*digitata* , *vulgo* Convolvulo con le frondi tagliate in cinque parti) foliis digitatis , glabris , foliolis sessilibus, caule laevi.

Convolvulus foliis digitatis , glabris , caule laevi. *Roy*. *Lugbd*. 429.

Convolvulus quinquefolius , glaber , Americanus. *Pluk*. *Alm*. 116. *t*. 167. *f*. 6.

Vivit prope Baucinum juxta Arcem.

POLEMONIVM

420. POLEMONIVM (*Caeruleum*, *vulgo* Valeriana con fiore turchino) foliis pinnatis , floribus erectis, calycibus corollae tubo longioribus. *Linn*. *Spec*. *Plant*. 11. *p*. 230.

Polemonium calycibus lanatis . *Linn*. *Hort*. *Vpsal*. 40.

Polemonium. *Linn*. *Flor*. *Lapp*. 86. 183. *Flor*. *Svec*. 175. *Hort*. *Cliff*. 163. *Roy*. *Lugbd*. 432. *Hall*. *Helv*. 490.

Valeriana caerulea. *C*. *B*. *P*. 164.

Crescit in monte vulgo Bastone juxta Reatum . Vulneraria etc.

CAMPANVLA

FOLIIS LAEVIORIBVS ANGVSTIORIBVS

421. CAMPANVLA (*rotundifolia*, *vulgo* Campanella minore con le frondi tonde) foliis radicalibus reniformibus , caulinis lineari-

bus. *Roy. Lugbd.* 247. *Dalib. Par.* 66. *Linn. Hort. Cliff.* 65.

Campanula minor rotundifolia vulgaris. *C. B. P.* 93.

Campanula minor rotundifolia alpina. *C. B. P.* 93. *Prodr.* 34. *t.* 34. (*a*)

Campanula alpina linifolia caerulea. *C. B. P.* 93. *Magn. Mons.* 47. *t.* 46.

Habitat in pasquis Sessiae, et Priverni.

422. CAMPANVLA (*rapunculus*, *vulgo* raponzolo, la di cui radica si mangia) foliis undulatis, radicalibus, lanceolato-ovalibus, panicula coarctata. *Linn. Spec. Plant.* 5. *p.* 232.

Campanula foliis radicalibus lanceolato-ovalibus, caule ramosissimo patulo. *Dalib. Paris.* 68. *Linn. Cliff.* 65.

Rapunculus esculentus. *C. B. P.* 92.

Rapunculus. *Dod. Pempt.* 165.

Fere ubique juxta vias suburbanas, et agros. Datur flore albo, flore caeruleo, et ex caeruleo rubente. Refrigerat exiccat etc.

423. CAMPANVLA (*persici foliis vulgo* Raponzolo con foglia di Persico) foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus subserratis, sessilibus, remotis. *Dalib. Paris.* 67. *Flor. Svec.* 179. 187.

Campanula foliis lineari-lanceolatis, crenatis,

caule longissimo, simplicissimo, floribus raris. *Roy. Lugbd.* 346. *Hort. Cliff.* 65.

Rapunculus persicifolius, magno flore. *C. B. P.* 93.

Rapunculus nemorosus, angustifolius, magno flore, major. *C. B. P.* 93. *(a)*

In Sabinis et signanter juxta Castrum novum.

424. CAMPANVLA (*pyramidalis, vulgo* Viola Piramidale) foliis ovatis, glabris, subserratis, caule erecto paniculato, ramulis brevibus. *Linn. Spec. Pl.* 7. *p.* 233.

Campanula foliis ovatis, glabris, obsolete serratis, ramis brevissimis cauli approximatis. *Roy. Lugbd.* 246. *Linn. Vir. Cliff.* 17.

Rapunculus hortensis, latiore folio, seu pyramidalis. *C. B. P.* 93.

Prope Arcem Pali vivit juxta Mediterranei rivum, vulgo di S. Biagio.

425. CAMPANVLA (*rhomboidalis*) foliis rhomboidibus, serratis, spica secunda. *Linn. Spec. Plant.* 10. *p.* 233.

Campanula foliis rhomboidibus serratis, spica unilateri subnuda. *Hall. Helv.* 491.

Campanula, Drabae minoris foliis. *C. B. P. Prodr.* 36.

Rapunculus Teucrii folio. *Barr. rar.* 78. *t.* 567.

Rapunculus alpinus (*teucrifolio*) rhomboidalis. *Boer. Mus.* 75. *t.* 61.

Crescit in Sabinis juxta Abatiam S. Salvatoris majoris.

FOLIIS SCABRIS LATIORIBVS

426. CAMPANVLA (*Bononiensis, vulgo* Campanula con fiore più tosto piccolo di colore azzurro, *et etiam vocatur* Cervicaria di Bologna) foliis ovatolanceolatis subtus scabris sessilibus, caule paniculato. *Linn. Spec. Plant.* 13. *p.* 234.

Campanula, sive Cervicaria Bononiensis, flore parvo. *Bauh. Hist.* 2. *p.* 804. *Moris. Hist.* 2. *p.* 461. *se.* 5. *t.* 4. *f.* 38.

Campanula foliis lanceolatis leviter serratis alternis, floris thyrso spicato, et ad basin ramoso. *Segu. Ver.* 1. *p.* 176.

Multis in locis montanis luxuriat et etiam prope sepulchrum Nasonum.

427. CAMPANVLA (*graminifolia vulgo* Campanula alpina con frondi di Gramiccia) foliis linearisubulatis, capitulo terminali. *Linn. Spec. Plant.* 14. *p.* 234.

Campanula alpina Tragopogonis folio. *C. B. P.* 94.

Trachelium Tragopogonis folio, montanum. *Col. Phyt.* 2. *p.* 25. *f. B. Hist.* 2. *p.* 602.

Trachelium minus, gramineum, caeruleoviolaceum. *Barr. Jcon.* 332.

In Sabinis propre Reatum.

428. CAMPANVLA (*trachelium vulgo* Campanula maggiore con foglie di Ortica) caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. *Roy. Lugbd.* 245. *Dalib. Par.* 66.

Campanula foliis radicalibus cordatis, calycibus ciliatis. *Lin. Hort. Cliff.* 64.

Campanula vulgatior, foliis Urticae, vel major, et asperior. *C. B. P.* 94.

Fere ubique juxta nemora et vias.

Exiccat et parum adstringit etc.

429. CAMPANVLA (*glomerata*) caule angulato simplici, floribus sessilibus, capitulo terminali. *Roy Lugbd.* 245. *Dalib. Par.* 67.

Campanula foliis lanceolatoovatis, crenatis, ramis capitulo florali terminatis. *Linn. Hort. Cliff.* 66.

Campanula pratensis, flore glomerato. *C. B. P.* 94.

Trachelium alpinum, floribus conglomeratis, foliis Asarinae rigidis, et hirsutis. *Herm. Par.* 235. *t.* 235.

Non procul a Vetruclano juxta ecclesiam S. Augustini.

430. CAMPANVLA (*medium vulgo* Viola Ma-

riana) capsulis quinquelocularibus, obtectis, caule simplici erecto, folioso, floribus erectis. *Linn. Virid. Cliff.* 16. *Roy. Lugbd.* 245.

Campanula calycibus a tergo lamellis quinque notatis. *Linn. Hort. Cliff.* 64.

Campanula hortensis, folio, et flore oblongo. *C. B. P.* 94.

Viola Mariana. *Dod. Pent.* 163.

Crescit juxta Castrum novum Portus.

431. CAMPANVLA (*saxatilis*) foliis obvatis, crenatis, floribus alternis nutantibus, capsulis quinque carinatis. *Linn. Spec. Plan.* 26. *p.* 237.

Campanula Cretica saxatilis Bellidis folio, magno flore. *Tour. I. R. H.* 111. *Barr. rar.* 79. *t.* 813.

Trachelium saxatile Bellidis flore, caeruleum, creticum. *Bocc. Mus.* 3. *p.* 76. *t.* 64.

Vivit prope Castrum S. Joannis in Sabinis ad rupes.

CAVLE SVBDIVISO

432. CAMPANVLA (*speculum veneris, et* campanula, con frondi ovate longhe, e capsule a cantoni) caule ramosissimo diffuso, foliis oblongis subcrenatis, calycibus solitariis, corolla longioribus, capsulis prismaticis. *Linn. Hort. Vps.* 41.

Campanula caule ramoso, foliis ovatooblongocrenatis. *Linn. Hort. Cliff.* 65.

Campanula calycibus corollam superantibus, capsulis columnaribus. *Roy. Lugbd.* 247. *Dalib. Par.* 68. *Linn. Virid. Cliff.* 17.

Onobrychis arvensis, seu Campanula arvensis erecta. *C. B. P.* 215.

Inter segetes fere ubique: Datur etiam cum flore albo.

433. CAMPANVLA (*hybrida*, *vulgo* Specchio di venere minore) caule basi subramoso, stricto, foliis oblongis crenatis, calycibus aggregatis corolla longioribus, capsulis prismaticis. *Linn. Spec. Plant.* 32. *p.* 239.

Campanula arvensis minima erecta. *Moris. Hist.* 2. *p.* 457. *Se.* 5. *t.* 2. *f.* 22.

Speculum Veneris, minus. *Rai. Hist.* 743.

Differt a speculo 434. quia tantum in primo exortu in ramos dispertitur et corolla constat minima et habitat ad praedium *vulgo la Cosimata*.

434. CAMPANVLA (*perfoliata*, *Rizot.* Pentagonia, *et* Campanola a cinque cantoni) caule simplici, foliis cordatis dentatis amplexicaulibus, floribus sessilibus aggregatis. *Linn. Hort. Vps.* 40.

Campanula caule simplicissimo, foliis amplexicaulibus. *Linn. Hort. Cliff.* 65. *Roy. Lugbd.* 247. *Gron. Virg.* 22.

Campanula pentagonia perfoliata. *Moris. Hist. p.* 457. *Se.* 5. *t.* 2. *f.* 23. *Barr. rar.* 83. *t.* 1133.

Habitat ad Castrum Guidi.

435. CAMPANVLA (*erinus*) caule dichotomo, foliis sessilibus utrinque dentatis, floralibus oppositis. *Linn. Hort. Cliff.* 65. *Roy. Lugbd.* 247. *Guett. Stamp.* 429.

Rapunculus minor, foliis incisis. *C. B. P.* 92.

Erini, seu Rapunculi minimum genus. *Col. Phytob.* 122. *t.* 28.

Alsine oblongo folio serrato, flore caeruleo. *I. B. Hist.* 3. *p.* 367.

Juxta Pinetum Sacchetti.

436. CAMPANVLA (*hederacea*, *vulgo* Campanula con le frondi di cimbalaria) foliis cordatis, quinque lobis petiolatis glabris, caule laxo. *Dalib. Paris.* 68.

Campanula Cymbalariae, vel Hederae folio. *C. B. P.* 93. *Prodr.* 84. *Moris. Hist.* 2. *p.* 456. *Se.* 5. *t.* 4. *f.* 18. *Pluk. Phyt.* 23. *f.* 1.

Vivit juxta fontes Reate et ad fluvium Velinum.

PHYTEVMA

437. PHYTEVMA (*hemisphaericum*) capitulo subrotundo, foliis linearibus integerrimis. *Linn. Spec. Pl.* 2. *p.* 241.

Phyteuma foliis linearibus, floribus capitatis. *Roy. Lugbd.* 248.

Rapunculus umbellatus, folio gramineo. *C. B. P.* 92.

Rapunculus sylvestris caeruleus umbellatus. *Tall. Herc.* 94. *t.* 3.

Rapuntium alterum angustifolium alpinum. *Col. Ecph.* 2. *p.* 23. *t.* 26.

Prope Palumbariam vitam ducit.

438. PHYTEVMA (*orbiculare*, *vulgo* Rapuncolo con la spiga tonda) capitulo subrotundo, foliis serratis, radicalibus cordatis. *Linn. Spec. Plant.* 3. *p.* 242.

Phytema foliis oblongis, spica orbiculari. *Dalib. Par.* 69. *Guett. Stamp.* 1. *p.* 34.

Rapunculus folio oblongo, spica orbiculari. *C. B. P. Moris. Hist.* 2. *p.* 463. *sc.* 5. *t.* 5. *f.* 47.

Rapuntium montanum rarius corniculatum. *Col. Ecph.* 1. *p.* 222. *t.* 224.

Crescit prope montem Sorat.

TRACHELIVM

439. TRACHELIVM (*caerulaeum vulgo* Trachelio). *Linn. Hort. Vpsal.* 41.

Trachelium foliis ovatis, serratis, corymbis compositis. *Roy. Lugbd.* 248. *Linn. Virid. Cliff.* 17.

Trachelium foliis ovatis, serratis, caule umbella terminato. *Linn. Hort. Cliff.* 66.

Cervaria valerianoides caerulea. *C. B. P.* 93.

Ad scaturigines aquarum non procul a Tibure, et aliis in locis vivit. Adstringens, et detergens etc.

SAMOLVS

440. SAMOLVS (*valerandi vulgo* Anagallide acquatica). *Roy. Lugbd.* 249. *Gron. Virg.* 23. *Linn. Hort. Cliff.* 51. *Dalib. Par.* 69.

Anagallis aquatica, rotundo folio non crenato. *C. B. P.* 252.

Alsine aquatica, foliis rotundis Beccabungae. *Moris. Hist.* 2. *Pag.* 323. *se.* 3. *t.* 24. *f.* 28.

Frequens invenitur ad scaturigines aquarum.

Antiscorbuticus, aperiens, et detergens etc.

LONICERA

PERICLYMENA, CAVLE VOLVBILI

441. LONICERA (*caprifolium vulgo* Madre selva) floribus verticillatis terminalibus sessilibus, foliis summis connatoperfoliatis. *Roy. Lugbd.* 237. *Linn. Hort. Cliff.* 45. *Sauv. Monsp.* 139.

Periclymenum perfoliatum. *C. B. P.* 302.

Caprifolium Italicum. *Dod. Pempt.* 441.

Vivit ad Theatrum Flavium et ad sepes multis in locis.

Diuretica, et in hydrophobia etc.

442. LONICERA (*periclymenum vulgo* Madre selva con li fiori rosseggianti) capitulis ovatis, imbricatis, terminalibus, foliis omni-

bus distinctis. *Roy. Lugbd.* 337. *Dalib. Paris* 69.

Periclymenum non perfoliatum, Germanicum. *C. B. P.* 302.

Caprifolium non perfoliatum. *Hort. Angl. t.* 6. *et* 18. *f.* 42.

Caprifolium Germanicum flore rubello, serotinum. *Tour. I. R. H.* 226.

Habitat juxta sepes, et dumeta.

Detergens et vulneraria planta etc.

443. LONICERA (*connata*) foliis omnibus connatis, floribus semiverticillatis, caule dichotomo.

Crescit juxta montem D. Pauli duodecimo ab urbe lapide.

CHAMAECERASA PEDVNCVLIS BIFLORIS

444. LONICERA (*xylosteum*) pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis integerrimis, pubescentibus. *Roy. Lugbd.* 238. *Dalib. Par.* 69. *Sauv. Mons.* 140.

Lonicera pedunculis bifloris, foliis ovatis obtusis integris. *Linn. Hort. Cliff.* 58.

Chamaecerasus dumetorum, fructu gemino rubro. *C. B. P.* 451.

Habitat in dumetis montis Januarii et Nursiae.

Deobstruens.

CORIS

445. CORIS (*monspeliensis*) *Roy.Lugbd.* 304 *Linn.Hort. Cliff.* 68. *Sauv. Monsp.* 46.

Coris caerulea , maritima . *C. B. P.* 280.

Symphytum petraeum . *Cam. Epit.* 699.

Ad litus Centum Cellarum in arenosis.

VERBASCVM

446. VERBASCVM (*thapsus vulgo* Verbasco maggiore) foliis decurrentibus, utrinque tomentosis . *Cliff. Lugbd.* 421. *Dalib. Paris.* 71

Verbascum caule simplici , superne floribus sessilibus clavato , foliis utrinque lanigeris *Linn. H. Cliff.* 55.

Verbascum mas latifolium luteum. *C.B.P.* 239

Verbascum latius . *Dod. Pempt.* 153.

Vivit juxta vias et in agris glareosis.

Emolliens et smegmaticum etc.

447. VERBASCVM (*lychnitis*, *vulgo* Verbasco polveroso) foliis cuneiformi-oblongis *Linn. Hort. Vpsal.* 45.

Verbascum foliis ovatoacutis , subtus villosis crenatis , spicis laxis lateralibus , et terminalibus . *Roy. Lugbd.* 421. *Linn. Hort. Cliff.* 54. *Dalib. Par.* 71.

Verbascum pulverulentum, flore luteo parvo *I. B. Hist.* 3. *p.* 812. *Rai. Hist.* 1094.

Verbascum mas angustioribus foliis, floribus pallidis. *C. B. P.* 239.

Verbascum lychnitis flore albo parvo. *C. B. P.* 240. *vulgo* Verbasco con li fiori piccoli bianchi.) (*a*)

Verbascum candidum femina. *Fuch. Hist.* 847.

Phlomis mas, alter. *Lob. Icon.* 562. (*b*)

Habitat ad ripas Tiberis, etiam intra Vrbem.

Decoctum ad hemorrhagias etc.

448. Verbascum (*nigrum vulgo* verbasco di colore verde oscuro, con li fiori gialli porporascenti) foliis oblongo-cordatis, petiolatis. *Linn. Mat. Med.* 91.

Verbascum foliis ovatis crenatis subtus tomentosis, caule angulato. *Roy. Lugbd.* 421. *Dalib. Par.* 91. *Linn. Virid. Cliff.* 13.

Verbascum foliis ovatis, subtus incanis crenatis, spica laxa rarius ramosa. *Linn. Hort. Cliff.* 51.

Verbascum nigrum flore ex luteo purpurascente. *C. B. P.* 240.

Ad vias et campos vivit.

In colica et diarrhoea.

449. VERBASCVM (*blattaria vulgo* Blattaria con le foglie lunghe, liscie, e dentate, e fiori gialli) foliis amplexicaulibus oblongis, glabris, pedunculis solitariis. *Linn. Hort. Vpsal.* 46.

Verbascum annuum foliis oblongis, sinuatis, obtusis. *Linn. Hort. Cliff.* 15. *Guet. Stamp.* 2. *p.* 309.

Verbascum foliis glabris serrato-dentatis, radicalibus sinuatis · *Roy. Lugbd.* 424. *Dalib. Par.* 72. *Sauv. Monsp.* 276

Blattaria lutea folio longo laciniato. *C. B. P.* 240.

Blattaria alba (con li fiori bianchi) *C. B. P.* 241.

Habitat in Amphitheatro Flavio, et alibi.

In clysmate emollit etc.

450. VERBASCVM (*sinuatum*) graecum, fruticosum folio sinuato candidissimo. *Tour. Coroll.* 8. *Itin.* 1. *p.* 335. *t.* 335.

Ad Rusticam, et ad montes Lanthi et alibi.

DATVRA

451. DATVRA (*stramonium*, *vulgo* Stramonio con frutto lungo, e spinoso) pericarpiis spinosis, erectis, ovatis, foliis ovatis glabris. *Lin. Hort. Cliff.* 55. *Roy. Lugbd.* 422 *Dalib. Paris* 70. *Gron. Virg.* 23.

Solanum foetidum, pomo spinoso oblongo flore albo. *C. B. P.* 168.

Tatula. *Cam. Epit.* 176.

Vegetat ad ripam Tiberis, et multis aliis in locis.

Datura flore, et caule atroviolaceo (*vulgo* Stramonio con fiore violaceo oscuro, e frutto spinoso.) (*a*)

Cum praecedenti ut plurimum vivit.

452. DATVRA (*metel*) pericarpiis spinosis nutantibus, globosis, foliis cordatis, subintegris, pubescentibus. *Linn. Hort. Cliff.* 55. *Roy. Lugbd.* 422.

Solanum pomo spinoso rotundo, longo flore. *C. B. P.* 168.

Hummatu. *Reed. Mal.* 2. *p.* 47. *t.* 28.

Crescit ad Tabernam, quae est in via publica non procul a Valle Montonis, et nonnullis aliis in locis. Vide Op. Stork.

HYOSCYAMVS

453. HYOSCYAMVS (*niger*, *vulgo* Iusquiamo nero) foliis amplexicaulibus sinuatis, floribus sessilibus. *Roy. Lugbd.* 422. *Dalib. Par.* 70. *Hall. Helv.* 512.

Hyoscyamus vulgaris, et niger. *C. B. P.* 169.

Juxta Civitatem Castelli, et alibi. Vid. Op. Storck.

454. HYOSCYAMVS (*albus*, *vulgo* Iusquiamo bianco) foliis petiolatis sinuatis, obtusis, floribus subsessilibus. *Linn. Hort. Cliff.* 56. *Roy. Lugbd.* 422. *Sauv. Mons.* 275.

Hyoscyamus albus minor. *C. B. P.* 169.

Hyoscyamus albus major. *C. B. P.* 169.

Hyoscyamus albus vulgaris. *Clus. Hist.* 2. *p.* 118.

Ad Maenzam, Julianum, et aliis in locis.

Externe est anodynus. Vid. Opus Storck.

ATROPA

455. ATROPA (*arborescens vulgo* Bella don-

na, et Solatro maniaco) caule frutescente, pedunculis confertis, corollis revolutis, foliis oblongis. *Amoen. Acad.* 4. *p.* 307.

Belladonna frutescens, flore albo, nicotianae foliis. *Plum. Spec. I. Ic.* 46. *f.* 1.

Ad Montem Januarium, et Supinum.

456. ATROPA (*belladonna*) caule herbaceo, foliis ovatis integris.

Atropa. *Roy Lugbd.* 423. *Linn. Hort. Cliff.* 57.

Solanum melanocerasus. *C. B. P.* 166.

Solanum lethale. *Clus Hist.* 2. *p.* 86.

Crescit in montibus Vulscorum et Samnitarum.

Interne est venefica.

PHYSALIS

PERENNES

457. PHYSALIS (*alkekengi vulgo* Alkekengi delle spezierie, et volgare) foliis geminis integris, acutis, caule herbaceo, inferne subramoso. *Linn. Spec. Plant.* 6. *p.* 262.

Physalis caule simplici, annuo, foliis integerrimis, geminatis, floribus solitariis. *Dalib. Par.* 73. *Linn. Hort. Cliff.* 62.

Physalis radice perenni, foliis lanceolatocordatis. *Roy. Lugbd.* 426.

Solanum vesicarium. *C. B. P.* 166. *Dod. Pempt.* 454.

Vivit in arundinetis.

Baccae in vino renes mirabiliter purgant.

ANNVAE

458. PHYSALIS (*angulata vulgo* Alkekengi con frondi di Peperone) annua, ramosissima ramis angulosis glabris, foliis dentatoserratis. *Linn. Hort. Cliff.* 62. *Roy. Lugbd.* 427.

Halicacabum, sive solanum Indicum. *Cam. Hort.* 70. *t.* 17.

Solanum vesicarium Indicum. *C. B. P.* 166.

Alkekengi Indicum glabrum, chenopodii folio. *Dill. Elth.* 13. *t.* 12. *f.* 12.

Alkekengi Indicum glabrum, Capsici folio. *Dill. Elth.* 12. *t.* 11. *f.* 11.

Habitat in arundinetis fere ubique.

SOLANVM

459. SOLANVM (*dulcamara vulgo* Dulcamara con li fiori bianchi, et volgare) caule inermi frutescente, flexuoso, foliis superioribus hastatis, racemis cymosis. *Roy. Lugbd.* 424. *Dalib. Paris.* 73. *Linn. Hort. Cliff.* 60.

Solanum scandens, seu Dulcamara. *C.B.P.* 167.

Dulcamara flore albo. *(a)*

Crescit juxta Tiberim intra urbem, et extra, multis in locis aquosis. (a) Vero infra Paludes Pontinas.

Attenuans, et detergens etc.

460. SOLANVM (*nigrum*) caule inermi herbaceo, foliis ovatis, dentatoangulatis, umbellis nutantibus. *Linn. Spec. Plant.* 15. *p.* 266.

Solanum (*vulgatum*) caule inermi herbaceo foliis ovatis angulatis. *Roy. Lugbd.* 433. *Dalib. Paris.* 72. *Linn. Hort. Cliff.* 60. *Gron. Virg.* 24.

Solanum (*officinarum*, *vulgo* Solatro ortense *et etiam* Solano). *C. B. P.* 166.

Solanum ramis teretibus, glabris, foliis integerrimis, glabris.

Solanum (*patulum*) procerius, patulum, vulgaris fructu. *Dill. Elth.* 367. *t.* 275. *f.* 355. (*a*)

Solanum (*villosum*) ramis teretibus, villosis, foliis angulatis subvillosis. (*b*)

Solanum (*hirsutum*) annuum hirsutius, baccis luteis. *Dill. Elth.* 366. *t.* 274. *f.* 353. (*c*)

Solanum ramis angulatis, dentatis, foliis repandis, glabris. (*d*)

Solanum Guineense fructu magno instar Cerasi. *Dill. Elth.* 366. *t.* 274. *f.* 354.

Solanum (*virginicum*) nigrum vulgari simile, caulibus exasperatis. *Dill. Elth.* 368. *t.* 275. *f.* 256.

Solanum (*spinosum sive judaicum*) ramis aculeis incurvis, foliis repandis, nudis. (*e*)

(a) (b) (c) (d) habitant in incultis et humentibus fere ubique. (e) vero juxta Abatiam Fossae novae.

Externe refrigerans, et anodynum.

LYCIVM

461. LYCIVM (*afrum* , *vulgo* Spina della Corona di G. C.) foliis linearibus. *Linn. Hort. Cliff.* 57. *Hort. Vpsal.* 47. *Mill. Dict. t.* 177. *f.* 1.

Iasminoides africanum, Iasmini aculeati foliis, et facie. *Niss. Act.* 1711. *p.* 420. *t.* 12.

Rhamnus alter foliis salsis, flore purpureo. *C. B. P.* 477.

Iasminoides aculeatum, humile, Helimi minoris folio, flore minore, per maturitatem flavescente. *Mich. gen.* 224. *t.* 105. *f.* 2.

Crescit juxta litus maris mediterranei, non procul ab arce Pali.

462. LYCIVM *(odoratum)* foliis acinaciformibus,geminis. Fructex spinis horridus, sub singulis spinis duo foliola acinaciformia, tres, aut quatuor uncias lata erumpunt,singula vaginata:et ex eodem principio flores sunt candidissimi et gratissimum spirant odorem, racematim dispositi.

Habitat juxta sepes ad quinque Camminos, tertio ab urbe lapide, et toto anno viget.

463. LYCIVM foliis cuneiformibus.

Iasminoides aculeatum, Salicis folio, flore parvo, ex albo purpurascente. *Mich. gen.* 224. *t.* 105. *f.* 1.

Rhamnus (*vulgo* Ramno con spine lunghe) spinis oblongis, flore candicante. *C. B. P.* 477.

Crescit prope Ecclesiam S. Pancratii et alibi ad sepes.

RHAMNVS

SPINOSI

464. RHAMNVS (*catharticus*, *vulgo* Spino-merlo) spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ovatis. *Roy. Lugbd.* 224. *Linn. Hort. Cliff.* 70.

Rhamnus catharticus. *C. B. P.* 478.

Cersvispina. *Cord. Hist.* 175.

Crescit in sepibus, et dumetis extra januam portuensem, et multis aliis in locis.

Syrupus exbaccis est optimum purgans cum vino.

INERMES

465. RHAMNVS (*alpinus*) inermis, floribus dioicis, foliis duplicatocrenatis. *Linn. Spec. Plant.* 4. *p.* 280.

Frangula ora folii serrata. *Hall. Helv.* 164.

Frangula rugosiore, et ampliore folio. *Tour. I. R. H.* 612.

Alnus nigra baccifera, rugosiore folio (*vulgo* Alno con il frutto nero) seu major. *I. B. Hist.* 1. *p.* 262

Alnus nigra polycarpos. *C. B. P.* 428.

Ad Montes Tiburtinos habitat. Purgat etc.

466. RHAMNVS (*alaternus, vulgo* Phylica altera , et Alaterno) inermis, floribus dioecis, stigmate triplici , foliis serratis. *Sauv. Monsp.* 95. *Linn. Virid. Cliff.* 19.

Rhamnus inermis , floribus polygamis , stigmate triplici , foliis serratis . *Roy. Lugbd.* 225. *Linn. Hort. Cliff.* 70.

Phylica elatior . *C. B. P.* 477.

Phylica humilior. *C. B. P.* 467.

Alaternus . 1. *et* 2. *Clus. hist.* 2. *p.* 50.

Ad montes Ansurae habitant.

ACVLEATI

467. RHAMNVS (*paliurus* , *vulgo* Paliuro) aculeis geminatis , inferiore reflexo , floribus trigynis. *Roy. Lugbd.* 224. *Linn. Hort. Cliff.* 69. *Sauv. Monsp.* 306.

Rhamnus folio subrotundo, fructu compresso . *C. B. P.* 477.

Paliurus . *Dod. Pempt.* 576.

Rhamnus aculeis geminatis , inferiore reflexo, floribus trigynis , margine foliorum crispo, et profunde serrato . *(a)*

Juxta sepes ad maris Tyrrheni litora vivunt .

468. RHAMNVS (*lotus* , *vulgo* Genzola Salvatica) aculeis geminatis , altero recurvo , foliis ovatooblongis . *Linn. Spec. Plant.* 12. *p.* 281.

Zizyphus Sylvestris. *Tour. I.R. H.*627. *Schaw. Afr.* 631. *f.* 631.

Frutex ramulis teretibus, aculei duo ad exortum foliorum, altero horizontali, recurvo altero, ut in Paliuro, sed folia omnia Zizyphi, figura, nervis, glabritie, magnitudine, at margine obsolete, et rarius crenata.

Crescit prope Trajani Portum.

469. RHAMNVS (*juiuba*, *vulgo* Genzola con il frutto tondo) aculeis solitariis, recurvis, pedunculis aggregatis, floribus semidigynis, foliis retusis, subtus lanatis.

Jujuba Indica, spinosa, folio, et fructu rotundo. *Pluk. Alm.* 199. *Rai. Dend.* 44.

Ad montem Circellum habitat, et fructus raro ad maturitatem perveniunt.

470. RHAMNVS (*Zizyphus*, *vulgo* Genzola domestica) aculeis geminatis rectis, floribus digynis, foliis ovatooblongis glabris. *Roy. Lugbd.* 224.

Juiuba Silvestris. *C. B. P.* 446.

Zyziphus. *Dod. Pempt.*807.

Juiubae maiores oblongae. *C. B. P.* 446. (*a*)

Crescit prope Templum S. Sebastiani extra Moenia, sed sata in hortis mansuescit etc.

Fructus est Pectoralis etc.

EVONYMVS

471. EVONYMVS (*europaeus vulgo* Beretta di Prete et Fusania) floribus plerisque quadrifidis. *Linn. Spec. Plant.* 1. *p.* 286.

Euonymus foliis oblongo-ovatis. *Roy. Lugbd.* 436. *Hall. Helv.* 523. *Linn. Hort. Cliff.* 38.

Euonymus (*tenuifolius*) vulgaris, granis rubentibus. *C. B. P.* 428.

Juxta sepes et dumeta vivit. Emeticus etc.

RIBES

RIBESIA INERMIA

472. RIBES (*rubrum*, *vulgo* Ribes rosso) inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiusculis. *Linn. Spec. Plant.* 1. *p.* 290.

Ribes inerme, floribus planiusculis, racemis pendulis. *Roy. Lugbd.* 270. *Linn. Hort. Cliff.* 82. *Dalib. Par.* 75.

Ribes vulgare acidum. *Hist.* 2. *p.* 97. *Linn. Flor Lapp.* 68.

Grossularia multiplici acino, seu non spinosa, hortensis, rubra. *C. B. P.* 455.

Grossularia hortensis (*vulgo* Uva spina) fructu margaritis simili. *C. B. P.* 455. *(a)*

Vivit in Tiburtinis montibus.

Refrigerans, et aperiens etc.

GROSSVLARIAE ACVLEATAE

473. RIBES (*grossularia*, *vulgo* Uva spina)

ramis aculeatis, petiolorum ciliis pilosis, baccis hirsutis. *Linn. Spec. Plant.* 5. *p.* 291.

Ribes ramis aculeatis, racemis erectis, baccis hirsutis. *Linn. H. Cliff.* 83.

Ribes ramis aculeatis, erectis, fructu hispido, margaritarum fere colore. *Rai. Hist.* 1484.

Ad montem Januarium, et ad Sabinos montes habitat.

HEDERA

474. HEDERA (*Helix vulgo* Ellera) foliis ovatis lobatisque. *Roy. Lugbd.* 223. *Hall. Helv.* 164.

Hedera arborea. *C. B. P.* 305.

Hedera Poetica. *C. B. P.* 305. (*a*)

Hedera major, sterilis. *C. B. P.* 305. (*b*)

Vegetant fere ubique, et (a) alla Cervelletta.

Baccae sudoriferae, antipestilentiales.

VITIS

475. VITIS (*vinifera, vulgo* vite) foliis lobatis, sinuatis, nudis. *Linn. Spec. Plant.* 1. *p.* 293.

Vitis foliis palmato-angulatis. *Roy. Lugbd.* 222.

Vitis vinifera. *C. B. P.* 229.

Vitis (*apyrena, vulgo* Ciambrusca) Corinthiaca, seu Apyrena. *I. B. Hist.* 2. *p.* 72.

Crescit fere ubique in dumetis, fossis, et nemoribus.

476. VITIS (*indica*) foliis cordatis, dentatis, subtus villosis, cyrrhis racemiferis. *Linn. Flor. Zeyl.* 99.

Vitis acinis rotundis. *Rai. Dendr.* 67.

Seritur in vineis.

477. VITIS (*laciniosa vulgo* Malvasia) foliis quinatis, foliolis multifidis. *Roy. Lugbd.* 223. *Linn. Hort. Cliff.* 74.

Vitis laciniatis foliis. *Corn. Canad.* 182. *t.* 183.

Vitis apii folio. *I. B. Hist.* 2. *p.* 73.

In vineis habitat.

478. VITIS (*vinifera*) foliis lobatis, serratis, subtus lanugine quadam pubescentibus.

Vitis acinis albis rotundis.
acinis albis oblongis.
acinis albis ovalibus.
acinis albis pyramidatis.
acinis nigris rotundis.
acinis nigris oblongis.
acinis nigris pyramidatis.
acinis odoratis.
acinis dense confertis.
acinis laxe dispertitis.
acinis viridibus.
acinis flavescentibus.
acinis subluteis.

Seruntur in nostris vineis fere ubique.

Aqua e summitatibus elicitur detergens et aperiens.

479. VITIS (*labrusca*) foliis cordatis subtrilo-

bis dentatis, subtus tomentosis. *Linn. Spec. Plant. I.* 293.

Vitis fructu minore rubro acerbo, folio subrotundo minus laciniato, subtus alba lanugine tecto. *Sloan. Hist.* 2. *p.* 104. *t.* 210. *f.* 4. (a)

In Sylvis, et fossis fere ubique. Datur etiam fructu ocroleuco, Exprimitur vinum generosissimum ab acinis satis maturis etc.

ACHYRANTHES

480. ACHYRANTHES (*aspera*) caule erecto, calycibus reflexis, spicae adpressis. *Linn. Flor. Zeyl.* 105.

Achyrantes caule erecto. *Roy. Lugbd.* 418. *Linn. Hort. Cliff.* 42.

Amaranthus Siculus, spicatus. *Bocc. Sic.* 16. *t.* 9. *Pluk. Phytho.* 260. *f.* 2. (a)

Crescit juxta ora maritima S. Marinellae.

CELOSIA

481. CELOSIA (*argentea*, *vulgo* Fior velluto, *et* Amaranto *cum sequentibus*) foliis lanceolatis, stipulis subfalcatis, pedunculis angulatis, spicis scariosis. *Linn. Spec. Plant.* 1. *p.* 296.

Celosia foliis linearilanceolatis. *Roy. Lugbd.* 419. *Linn. Hort. Cliff.* 43.

Amaranthus spica albescente habitiore. *Mart. Cent.* 7. *t.* 7.

Vivit prope Ansuram juxta mare thyrrhenum.

482. CELOSIA (*cristata*) foliis oblongoovatis, pedunculis teretibus substriatis, spicis oblongis. *Linn. Spec. Pl.* 1. *p.* 205.

Ranunculus foliis inferioribus capillaceis, superioribus peltatis. *Flor. Lapp.* 234. *Roy. Lugbd.* 492. *Hall. Helv.* 328.

Ranunculus aquaticus folio rotundo, et capillaceo. *C.B.P.* 180.

Ranunculus aquatilis. *Dod. Pempt.* 387.

Ranunculus foliis submersis capillaceis. *Dalib. Paris.* 168. *(a)*

Ranunculus foliis omnibus capillaceis, circumscriptione rotundis. *Hort. Cliff.* 231. *Roy. Lugbd.* 492. *Hall. Helv.* 328.

Ranunculus aquaticus, albus, circinatis tenuissime divisis foliis. *Pluk. Alm.* 311. *t.* 52. *f.* 2.

Millefolium aquaticum, cornutum, majus. *C. B.P.* 141.

Ranunculus (*vulgo* Ranuncolo con foglie capillari) foliis capillaceis, circumscriptione vaga, brevioribus. *Hall. Helv* 328. *(b)*

Ranunculus aquaticus, capillaceus. *C. B. P.* 180.

Millefolium aquaticum, foliis Abrotani, Ranunculi flore, et capitulo. *C. C. P.* 141.

Ranunculus trichophyllos, aquaticus, medio luteus. *Col. Ecph.* 1. *p.* 315. *t.* 316.

Ranunculus (*vulgo* Ranuncolo acquatico con foglie lunghe capillari) foliis omnibus capillaceis, circumscriptione oblongis. *Roy. Lugbd.* 492. (*c*)

Ranunculus albus, fluitans, Peucedani foliis. *Herm. Lugbd.* 517.

Millefolium aquaticum, foliis Feniculi, Ranunculi flore, et capitulo. *C.B.P.* 141.

Ad Lacunas Pontinas et aliis in locis paludosis etc. etiam ad aliquos fontes, uti S. Petri Montorii.

Ranunculi fere omnes vim causticam habent.

HELLEBORVS

1040. HELLEBORVS (*hyemalis vulgo* Aconito bulboso di una sola foglia) flore folio insidente. *Hort. Cliff.* 227. *Roy. Lugbd.* 484.

Helleborus ranunculoides, praecox, tuberosus, flore luteo. *Moris. Hist.* 2. *p.* 459. *Se.* 12. *t.* 2. *f.* 4.

Aconitum unifolium, bulbosum. *C. B. P.* 183. *Hill. Anat. t.* 11.

Ad montes Sevetum, et Trebulum.

1041. HELLEBORVS (*niger vulgo* Elleboro con fiore rosseggiante) scapo subunifloro

subnudo, foliis pedatis. *Hort. Vpsal.* 157., *Mat. Med.* 273. *Roy. Lugbd.* 484.

Helleborus scapo florifero, subnudo, petiolo communi bipartito. *Hort. Cliff.* 227.

Helleborus niger, flore roseo. *C. B. P.* 186. *Hill. Anat. t.* 1.

Elleborus niger legitimus. *Clus. Hist. f.* 1. 275.

Ad Fiscellum.

1042. HELLEBORVS (*viridis vulgo* Elleboro nerò, con fiore verdeggiante) caule multifloro, folioso, foliis digitatis. *Linn. Spec. Plant.* 3. *p.* 784.

Helleborus caule aequali, folioso, foliis radicalibus caulem tandem superantibus. *Hort. Cliff.* 227. *Roy. Lugbd.* 484.

Helleborus niger hortensis, flore viridi. *C. B. P.* 185.

Helleborum nigrum alterum. *Cam. Epit.* 941.

Fere in collibus omnibus, et jugis montium Ariciae, Albani, Cintiani etc.

1043. HELLEBORVS (*foetidus vulgo* Elleboro nero fetido) caule multifloro folioso, foliis pedatis. *Linn. Spec. Pl.* 4. *p.* 784.

Helleborus caule inferne angustato, multifolio, multifloro, foliis caule brevioribus. *Hort. Cliff.* 227. *Roy. Lugbd.* 484. *Dalib. Paris.* 169. *Sauv. Monsp.* 180.

Helleborus niger foetidus. *C. B. P.*185.
Helleboraster maximus. *Lob. Icon.*679.
Helleborus femina. *Sterb. Fung.* 372. *t.*36. *f. C.*
Helleborus (*vulgo* Elleboro nero con tre foglie) niger trifoliatus. *Moris. Hist.*3. *p.* 460. *Se.*12. *t.* 4. *f.* 7. *(a)*

Fere eisdem in locis cum superiori, Helleborus interne caute est adhibendus. Valet in morbis soporosis, catharrosis, hypocondriacis, in epilepsia, mania, febribus quartanis etc. Est vermifugus certissimus etc.

CALTHA

1044. CALTHA (*palustris vulgo* Calta palustre di fiore sdoppio). *Flor. Lapp.*227. *Hort. Cliff.*228 *Roy. Lugbd.* 484. *Dalib. Paris.*169.
Caltha palustris, flore simplici. *C. B. P.* 276.
Populago major. *Tabern. Icon.*750.
Populago minor. *Tabern. Icon.*750.
Caltha palustris, flore pleno. *C. B. P.* 276. *(a)*

Ad Pontinas, Sabatium lacum etc. Est planta caustica.

Emendanda, et addenda ex alio ms. Auctoris.
*P.*13. *n.*44.
Veronica (*vulgo Beccabunga*) *Lege* Veronica (*Beccabunga Corymbosa*)
*P.*21. *post num.*69. CVNILLA adde.

ZIZIPHORA

1045. ZIZIPHORA (*capitata*) capitulis terminalibus, foliis ovatis. *Sp. Pl.* 1. *p.* 31.

Ziziphora foliis lanceolatis, floribus terminantibus. *Hort. Cliff.* 305. *Roy. Lugbd.* 313.

Clinopodium fistulosum, pumilum Indiae occidentalis, summo caule floridum. *Pluk. Alm. t.* 164. *f.* 4.

Thymus humilis latifolius. *Buxb. Cent.* 3. *p.* 28. *t.* 51. *f* 1.

In Umbriae olivetis, et in ditione Tiburtina non procul a S. Polo, ac Monticelli.

Pag. 32. 33. *ad n.* 101.

Sisyrinchium minus . . . .)
Sisyrinchium asprensium. .)
Bulbocodium . . . .)

Singulis praepone *An* interogantis ?

Pag. 34. *ad n.* 106. IRIS adde (*Germanica*)

Pag. 94. inter *n.* 270. 271. adde.

1046. SCABIOSA (*integrifolia*) corollulis quadrifidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis serratis lanceolatis, caule herbaceo. *Sp. Pl.* 7. 142.

Scabiosa corollis quadrifidis, foliis omnibus lanceolatis serratis. *Sauv. Monsp.* 156.

Scabiosa annua integrifolia, sive foliis Bellidis. *Magnol. Monsp.* 231.

Scabiosa montana latifolia, non laciniata, rubra. *C. B. P.* 270.

Scabiosa latifolia, purpurascente flore. *Clus. Hist.* 2. *p.* 2. *f.* 3.

Ad Sublacum etc.

Pag. 96. *ante n.* 277. adde.

1047. SHERARDIA (*ovata*) maritima procumbens, foliis ovatis cuspidatis, floribus lutescentibus.

In maritimis Mediterranei. Planta procumbit, et ex viridi albescit. Folia sunt ovata, parva, cuspidata, tripleura. Flores ad alas foliorum, et spicatim in summitate disponuntur. Planta aliquando duos palmos aequat. etc.

Pag. 113. *post n.* 328. *addè*.

TRAPA

1048. TRAPA (*natans*) petiolis foliorum natantium ventricosis. *Hort. Cliff.* 483. *Mat. Med.* 52. *Dalib. Paris.* 52.

Tribulus aquaticus. *C.B.P.* 194. *Cam. Epit.* 715.

Panover-Isierava. *Rheed. Mal.* 11. *p.* 65. *t.* 33.

Ad lacum Volsiniensem. Refrigerans aperiens vulneraria. In diarrhoea, et calculo.

Pag. 199. *ad n.* 550. CAVCALIS *adde* (*platycarpos*)

Pag. 202. *ad n.* 558. AMMI *adde* (*glaucifolium*)

FLORA ROMANA

D. JOANNIS FRANCISCI MARATTI

ABBATIS VALLVMBROSANI

OPVS POSTVMVM

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVM

TOM. II.

ROMAE

TYPIS JOSEPH SALVIUCCI

MDCCCXXII

Praesidum facultate.

CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA

DIDYNAMIA GYMNOSPERMIA

AJVGA

1049. AJVGA (*Orientalis vulgo* Bugula, e Consolida minore, villosa, e con fiore ceruleo) floribus resupinatis. *Linn. Spec. Pl.* 785.
Teucrium staminibus tubo corollae brevioribus. *Roy. Lugbd.* 306.
Bugula Orientalis, villosa, flore inverso candido, cum oris purpureis. *Tour. Coroll.* 14.
Bugula Orientalis villosa, flore inverso, coeruleo, alba macula notato. *Tour. Coroll.* 14. *Dill. Elth.* 60. *t.* 53. *f.* 61. *(a)*

Ad Aquam Transversam, Villam Madamam, et alibi etc.

1050. AJVGA (*reptans vulgo* Consolida media, con fiori azzurri, *dantur varietates colorum in floribus, nempe carnei, albi, coerulei, rubri etc.*) stolonibus reptantibus. *Linn. Spec. Pl.* 4. *p.* 785.
Ajuga foliis obovatis crenatis, caule simplicissimo, stolonibus reptatricibus. *Gort. Gelr.* 330.
Teucrium foliis obverse ovatis, crenatis, caule simplicissimo, stolonibus reptatricibus.

*Hort. Cliff.*301. *Roy. Lugbd.*306. *Dalib. Paris.* 170.

Consolida media pratensis coerulea. *C.B.P.*260.

Bugula. *Dod. Pempt.*135.

Habitat in pratis, et pascuis montanis fere ubique. Detergens, et consolidans.

1051. AJVGA (*pyramidalis vulgo* Consolida mezzana con li fiori disposti in forma di piramide) tetragono-pyramidalis. *Flor. Svec.* 475. 512. *Dalib. Paris.*169.

Consolida media pratensis caerulea.*C.B.P.*360.

Consolida media Genevensis. *I.B.Hist.*4.*p.*432.

Bugula(*vulgo Consolida media foliis dentatis*) foliis angulose dentatis, caule simplici. *Hall. Helv.*635.

Phyllochnois. *Reneal. Spec.*125.

Eisdem in locis cum superiori. In pomariis Gallori etc.

TEVCRIVM

1052. TEVCRIVM (*campanulatum*) foliis multifidis,floribus oppositis.*Linn.Spec.Pl.*1.*p.*786.

Teucrium foliis cuneiformibus trifidis, laciniis divisis, floribus solitariis. *Roy. Lugbd.*306.

Teucrium calyce campanulato, laciniatum, flore parvo subcoeruleo. *Boerh. Lugbd.*1.*p.*181.

Teucrium procumbens, foliis multifidis, glabris, floribus parvis ex albo coerulescentibus. *Cat.Pl. Ag. Rom Mar. an.* 1763.

Teucrium (*vulgo* Teucrio perenne palustre con fiori rossi) supinum perenne, palustre apulum, glabrum, foliis laciniatis, flore albo. *Till. Pis.* 163. *t.* 49. *f.* 1. *Allion. Taur.* 53. (*a*)

Ad colles vulgo Affoga l' asino, et alibi in humentibus. (a) ad Balnea Saturniae, sed florem habet rubicundum.

1053. TEVCRIVM (*Botrys vulgo* Teucrio con le frondi alle volte tridentate, e li fiori verticillati) foliis multifidis, pedunculis axillaribus, ternis. *Linn. Spec. Plant.* 3. *p.* 786.

Teucrium foliis aliquoties trifidis, floribus verticillatis. *Hort. Cliff.* 301. *Roy. Lugbd.* 306. *Dalib. Paris.* 171. *Sauv. Monsp.* 248.

Botrys Chamaedryoides. *C.B.P.* 138.

Chamaepytis altera. *Dod. Pempt.* 46.

Ad montes Lanti, et ad Aquam Transversam etc.

1054. TEVCRIVM (*Chamaepytis vulgo* Iva artetica, e Camepizio) foliis trifidis, linearibus, integerrimis, floribus sessilibus, lateralibus solitariis, caule diffuso. *Hort. Vpsal.* 160. *Mat. Med* 287.

Teucrium foliis simpliciter trifidis. *Hort. Cliff.* 301. *Roy. Lugbd.* 306. *Guett. Stam.* 2. *p.* 248. *Gron. Virg.* 64. *Dalib. Paris.* 173. *Sauv. Monsp.* 175.

Chamaepytis lutea, vulgaris, sive folio trifido. *C.B.P.* 249.

Chamaepytis prima. *Dod. Pempt.*46.

In arvis multis in locis.

1055. TEVCRIVM (*Iva*) foliis subtricuspidatis, linearibus, floribus sessilibus. *Linn. Sp. Pl.* 7. 787.

Teucrium foliis lanceolatis obtusis dentatis, floribus solitariis, sessilibus. *Roy. Lugbd.*306. *Sauv. Monsp.*141.

Chamaepytis moschata foliis serratis. *C. B. P.*249.

Chamaepytis spuria, prior. *Dod. Pempt.* 47.

Anthyllis altera. *Clus. Hist.*2. *p.*186.

Supra murum aquaeductus aquae Pauli V.

1056. TEVCRIVM (*fruticans vulgo* Teucrio fruticoso con le frondi bianche al di sotto) foliis integerrimis, oblongo-ovatis, petiolatis, supra glabris, subtus tomentosis, pedunculis unifloris. *Linn. Spec. Pl.*9. *p.* 787.

Teucrium foliis ovato-oblongis integerrimis, petiolatis, floribus solitariis pedunculatis. *Hort. Cliff.*302. *Roy. Lugbd.*305.

Teucrium peregrinum, folio sinuoso. *C. B. P.* 247.

Teucrium fruticans Boeticum. *Clus. Hist.* 1. *p.* 348.

Teucrium foliis oblongo-ovatis acuminatis petiolatis glabris, et splendentibus superius, in-

ferius candicantibus, floribus solitariis. *Cat. Pl. Agr. Rom. M.* 1765.

Ad Circaeium etc. In nostra specie folia non sunt inferne tomentosa, sed alba.

1057. TEVCRIVM (*Marum vulgo* Erba Maro) foliis integerrimis ovatis, subtus tomentosis, utrinque acutis, racemis secundis, calycibus villosis. *Linn. Sp. Pl.* 12. *p.* 788.

Teucrium foliis ovatis, utrinque acutis integerrimis, floribus solitariis utrinque digestis. *Hort. Cliff.* 303. *Roy. Lugbd.* 305.

Marum Cortusi. *I.B. Hist.* 3. *p.* 242.

Ad Circaeium, et ad Asturam.

1058. TEVCRIVM (*multiflorum vulgo* Camedrio, e Cerquignola con foglie sottili) foliis ovatis, utrinque acutis, superne serrato-dentatis, floribus racemosis. *Roy. Lugbd.* 307.

Teucrium foliis ovatis utrinque acutis, utrinque bidentatis, verticillis laxis. *Hort. Cliff.* 303.

Chamaedrys multiflora, tenuifolia, Hispanica. *Tour. I.R.H.* 205. *Boerh. Lugbd.* 1. *p.* 182.

Ad montes Soriani, et montem Arsiccium etc.

1059. TEVCRIVM (*Scorodonia vulgo* Salvia Scorodonia) foliis cordatis, serratis, petiolatis, racemis lateralibus secundis, caule erecto. *Linn. Spec. Pl.* 18. *p.* 789.

Teucrium foliis cordatis, crenatis, petiolatis,

spicis laxis secundis .. *Hort. Cliff.* 301. *Roy. Lugbd.* 306. *Dalib. Paris.* 171. *Cort. Gelr.* 331.

Scorodonia. *Riv. Mon. t.* 12.

Scordium alterum, sive Salvia sylvestris. *C. B. P.* 247.

In Alpestribus, vulgo Pentime Cinthiani, supra Lacum Dianae Triviae et alibi.

1060. TEVCRIVM (*Scordium vulgo* Scordio) foliis oblongis, sessilibus, dentato-serratis, floribus geminis lateralibus, pedunculatis, caule diffuso. *Linn. Spec. Pl.* 20. *p.* 790.

Teucrium foliis ovato-lanceolatis, serrulatis, sessilibus, floribus saepius binatis. *Hort. Cliff.* 302. *Roy. Lugbd.* 306. *Dalib. Paris.* 171.

Scordium. *C. B. P.* 247. *Cam. Epit.* 588. *Dod. Pempt.* 126.

Fere in omnibus pratis humentibus, et subpaludosis.

1061. TEVCRIVM (*lucidum vulgo* Camedrio frutescente con frondi lustre) foliis ovatis, acute inciso-serratis, glabris, floribus axillaribus, geminis, caule erecto. *Linn. Spec. Pl.* 21. *p.* 790.

Chamaedrys alpina, frutescens, folio splendente. *Magn. Hort.* 52. *t.* 52.

In aliquibus montibus, supra ipsa moenia Vrbis, et alibi. Flores nostrae speciei non sunt rubri, sed ex albo virescunt.

1062. TEVCRIVM (*Chamaedrys vulgo* Came-

drio e Cerquignola serpeggiante) foliis cuneiformi-ovatis, incisis, crenatis, petiolatis, floribus subverticillatis, ternis, petiolatis. *Hort. Cliff.* 302. *Roy. Lugbd.* 307. *Dalib. Paris.* 170. *Sauv. Monsp.* 145.

Chamaedrys major, repens. *C. B. P.* 248.

Chamaedrys. *Riv. Monsp.* 10.

Chamaedrys minor, repens. *C.B.P.* 248.

Vivit multis in locis etiam non procul ab ipsa Vrbe.

1063. TEVCRIVM (*flavùm*, *vulgo* Camedrio fruticoso con fiori bianchi giallastri) foliis cordatis, obtuse serratis, floralibus integerrimis, concavis, caule fruticoso, floribus ternis. *Linn. Spec. Pl.* 23. *p.* 791.

Teucrium foliis subovatis, crenatis, floribus laxe spicatis, pedunculatis, caule frutescente. *Hort. Cliff.* 302. *Roy. Lugbd.* 307. *Sauv. Monsp.* 145.

Teucrium. *C.B.P.* 247.

Chamaedrys fruticosior, flore ochroleuco. *Moris. Hist.* 3. *p.* 421. *Se.* 11. *t.* 22. *f.* 1.

Teucrium vulgare fruticans I. *Clus. Hist.* 1. *p.* 348.

Habitat etiam supra moenia Vrbis.

Teucrium (*vulgo* Camedrio con foglie piccole, e lustre, e fiori rosseggianti) lucidum, parvofolio, flore venuste purpureo. *Pluk. Alm.* 367. *t.* 65. *f.* 2. *(a)*

Ad Cervarae montes etc.

1064. TEVCRIVM (*Polium*) capitulis subrotundis, foliis oblongis, obtusis, crenatis, tomentosis, sessilibus, caule prostrato. *Hort. Cliff.*302. *Roy. Lugbd.*305. *Sauv. Monsp.*141. *Gron. Orient.* 71.

Polium (*vulgo* Polio montano con fiori gialli) montanum luteum. *C.B.P.*220. (*a*)

Polium (*vulgo* Polio montano con fiori bianchi) montanum album. *C. B. P.* 221. (*b*)

Polium (*vulgo* Polio montano strato per terra) montanum supinum alterum. *C.B.P.*221. (*c*)

Polium (*vulgo* Polio marittimo) maritimum supinum Venetum. *C.B.P.*221. (*d*)

Polium montanum. 5. *Clus. Hist.*1. *p.*362.

Hyssopum Dioscoridis. *Col. Ecphr.* 1. *p.*59. *t.*67.

Ad Colles Lanti, et aliis in locis. (a) ad Asturam, et Vallem Corsam. Quid vero Polium veterum fuerit, ignotum est.

Linnaeus sub genere Teucri posuit nonnullas plantas, quarum vetera nomina nosse oportet pro usu medico.

Teucrium vis incidendi, et tenuim partium facultatis est. Quare lienes sanat. Galen. Dioscor. Plin.

Chamaepytis est aperiens, incidens, cephalica etc.

Teucrium Marum suo sale volatili contra apoplexiam, lethargum, insultus hystericos, et epilepticos valet: et in phlegmate a stomacho, hydrope, anasarca etc. V. Boerh.

Teucrium Scorodonia, incisivum, aperiens, curat Icterum, vitia pulmonum etc. Teucrium Scordium intrinsecus, et extrinsecus in febribus malignis, et pestilentialibus, gangraena, sphacelo etc.

Teucrium Chamaedrys est aperiens, febrifugum, diaphoreticum, incidens etc. Teucrium Polium multum ad Scordium accedit. Flores, et folia instar Thee infusa conducunt in morbis soporosis etc. Est diureticum, emmenagogum, curat icterum etc.

SATVREIA.

1065. SATVREIA (*juliana vulgo* Santoreggia, ed Erba Pepe) verticillis fastigiatis, foliis lineari-lanceolatis. *Linn. Spec. Pl.*2. *p.*793.
Satureia floribus verticillatis, foliis lanceolatis, glabris. *Roy. Lugbd.*324.
Satureia spicata. *C.B.P.*218.
Satureia perennis, verticillis spicatim, et densius dispositis. *Moris. Hist.* 3. *p.* 412. *Se.*11. *t.* 17. *f.* 4.

Ad Tyrrhenum mare, et ad Asturam. Pellit humores, et partes roborat etc.

1066. SATVREIA (*montana vulgo* Santoreggia montana con fiori fitti) pedunculis dichotomis, lateralibus, solitariis, foliis lineari-lanceolatis, mucronatis. *Linn. Spec. Pl.* 5.*p.*794.
Satureia pedunculis dichotomis, verticillis concatenatis. *Virid. Cliff.* 57. *Hort. Vpsal.*161. *Roy. Lugbd.*324. *Sauv. Monsp.* 142.
Satureia montana. *C.B.P.* 218.
Satureia perennis. *Riv. Mon.*41.
Melissa foliis linearibus, integerrimis. *Hort. Cliff.* 308.

Ad Septem pagos Vejetanos.

1067. SATVREIA (*hortensis vulgo* Santoreggia, ed Erba Pepe) pedunculis bifloris. *Vir. Cliff.* 87. *Hort. Vpsal.* 161. *Mat. Med.* 284. *Roy. Lugbd.*324. *Sauv. Monsp.*142.

Satureja hortensis. *C. B. P.* 218.
Satureja altera. *Cam. Epit.* 487.
Thymus erectus annuus, foliis lanceolato - linearibus. *Hort. Cliff.* 306.

Ad montes Soriani, et in hortis clcurata. Est saporis ferventis, penetrantis, et aromatici. Pellit humores, roborat etc.

THYMBRA

1068. TYMBRA (*verticillata vulgo* Isopo con foglia stretta) floribus verticillatis. *Linn. Spec. Pl.* 2. *p.* 796.
Hyssopus angustifolia montana, aspera. *C. B. P.* 218.
Hyssopus montana. *Dalech. Hist.* 394.

Ad Baucum. Pulvis ejus ex vino potus, medetur pulmonum, thoracis, et vesicae vitiis. Vrinascit, menses pellit, stomachi concoctionem adiuvat etc.

HYSSOPVS

1069. HYSSOPVS (*officinalis vulgo* Isopo volgare delle spezierie) spicis secundis, *Hort. Cliff.* 304. *Roy. Lugbd.* 323. *Gort. Gelr.* 336.
Hyssopus officinarum coerulea, sive spicata. *C. B. P.* 217.
Hyssopus vulgaris. *Dod. Pempt.* 287.

Ad montes Cervarae, Vallis Corsae, et Januarii, non procul a S. Polo etc. Est calefaciens, solvens, stimulans, et detergens.

NEPETA

1070. NEPETA (*Cataria vulgo* Menta gattara

volgare) floribus spicatis, verticillatis, subpedicellatis, cordatis, dentato-serratis. *Linn. Spec. Pl.* 1. *p.* 796.

Nepeta floribus interrupte spicatis, pedunculatis. *Hort. Cliff.* 310. *Roy. Lugbd.* 316. *Gron. Virg.* 65. *Dalib. Paris.* 116.

Mentha Cataria vulgaris, et major. *C.B.P.* 228.

Cataria herba. *Dod. Pempt.* 99.

Mentha Cataria minor. *C.B.P.* 228.

Ad Sylvam nigram, aut Pesciae.

1071. NEPETA (*Nepetella vulgo* Mentuccia) foliis cordato-lanceolatis dentatis tomentosis, floribus racemosis, racemulis quinque-floris. *Lin. Sp. Pl.* 4. 797.

In pratis S. Crucis in Jerusalem, in via recta S. Mariae Majoris, etc. Est carminativa, cephalica, stomachica, et uterina. Sapore est reficiens, odore suavissima etc.

1072. NEPETA(*Italica*, *vulgo* Mentuccia minore) floribus sessilibus verticillato-spicatis, bracteis lanceolatis longitudine calycis, foliis petiolatis. *Linn. Spec. Pl.* 8. *p.* 798.

Mentha Cataria minor, alpina. *C. B. P.* 228. *Prodr.* 110.

Ad montem Catillum. In hystericis, et hypochondriacis.

1073. NEPETA (*Virginica*, *vulgo* Clinopodio con fiori biancheggianti) foliis lanceolatis, capitulis terminalibus, staminibus flore longioribus. *Linn. Spec. Pl.* 11. *p.* 799.

Clinopodium foliis lanceolatis, capitulis terminalibus. *Hort. Cliff.* 305. *Gron. Virg.* 65.

Clinopodium Amaraci folio, floribus albis. *Pluk. Alm.* 110. *t.* 85. *f.* 2.

Clinopodium flore albo ramosius, angustioribus foliis glabris, Virginianum. *Moris. Hist.* 3. *p.* 374. *Se.* 11. *t.* 8. *f. ult.*

In colle Pardo.

1074. NEPETA (*Scordotis*) spicis sessilibus terminalibus, bracteis subcordatis, villosis, foliis cordatis obtusis. *Amoen. Acad.* 4. *p.* 317.

Scordium alterum, lanuginosius, verticillatum. *C. B. P.* 248.

Scordotis. *Alp. Exot.* 284. *t.* 283. *Clus. Hist.* 2. *p.* 312.

In Sylva Spinae herbae, ad Pratalata, Pontinas etc. Aperiens alexipharmaca, et deobstruens etc.

LAVANDVLA

1075. LAVANDVLA (*spica vulgo* Spiga con foglia stretta) foliis lanceolatis integerrimis, spicis nudis. *Hort. Cliff.* 303. *Roy. Lugbd.* 322. *Sauv. Monsp.* 143.

Lavandula angustifolia. *C. B. P.* 216.

Lavandula altera. *Dod. Pempt.* 273.

Ad loca montana, et etiam cicurata in hortis et vineis.

1076. LAVANDVLA (*Stoechas vulgo* Stecade con fiore rosseggiante) foliis lanceolato-li-

nearibus, spica comosa. *Hort. Cliff.*303.*Roy. Lugbd.*323. *Sauv. Monsp.*143.

Stoechas purpurea . *C. B. P.* 216.

Stoechas brevioribus ligulis. *Clus. Hist.*1. *p.*344.

Ad Sembrivivos montes, et Circaeios. Lavandula est anthysterica, aperiens, attenuans, diaphoretica, detergens, incidens etc.

SIDERITIS

EBRACTEATAE

1077. SIDERITIS (*Syriaca vulgo* Sideritide tomentosa con fiore giallastro) suffruticosa, tomentoso-lanata, foliis lanceolatis integerrimis, floribus verticillatis. *Linn. Spec. Pl.* 3. *p.* 801.

Cunila calycibus inermibus lanigeris . *Hort. Cliff.* 313.

Sideritis Cretica, tomentosa, candidissima, flore luteo . *Tour. Coroll.* 12.

Stachys (*vulgo* Stàchide maggiore, e minore, con fiori rosseggianti) fruticosa, foliis lanceolato-linearibus, integerrimis, sessilibus. *Hort. Cliff.*310. *(a)*

Stachys minor, Italica . *C. B. P.* 236.

Stachys Lychnoides, incana, angustifolia, flore aureo. *Barr. Icon.* 1.187.

Pilosella Syriaca. *C. B. P.* 262.

Ad montes Soriani, et alibi. Anthysterica, antiapopletica, et antepileptica etc.

1078. SIDERITIS (*montana* , *vulgo* Sideritide montana con fiori piccoli , rossi , neri , e gialli) herbacea , decumbens , ebracteata , calycibus corolla majoribus , spinosis , labio superiore trifido . *Linn. Spec. Pl.* 5. *p.* 802.

Cunila calycum labio spinoso, superiore trifido, inferiore bipartito . *Hort. Cliff.* 313. *Roy. Lugbd.*329.

Sideritis montana , parvo varioque flore . *C. B. P.* 233.

Sideritis montana , parvo flore nigro purpureo, capite medio croceo. *Col. Ecphr.* 1 *p.* 198. *t.*196.

Ad Falcrium , et Fianellum . Vim habet abstergendi. In erniis valet in forma cataplasmatis etc.

1079 SIDERITIS(*Romana vulgo* Sideritide con le punte delli calici pungenti) herbacea ebracteata , calycibus spinosis , lacinia superiore majore , ovata . *Linn. Spec. Pl.* 6. *p.*802.

Cunila calycum lacinia superiore latiori , ovata, trinervi. *Hort. Cliff.*313. *Roy. Lugbd.*321.

Sideritis genus verticillis spinosis . *I. B. H.* 3. *p.* 428.

Sideritis verticillis spinosis , minor , procumbens . *Moris. Hist.*3. *p.* 388. *Se.* 11. *t.* 12. *f.*5.

In Agris non tantum, sed etiam in viis remotis campestribus ipsa in urbe Romae uti in via ad januam S. Laurentii ad laevam. In rachitide etc.

BRACTEATAE BRACTEIS DENTATIS

1080. SIDERITIS (*hyssopifolia vulgo* Sideritide con foglia stretta , e liscia) foliis lanceolatis , glabris , integerrimis , bracteis cordatis , dentato-spinosis , calycibus aequalibus . *Linn. Spec. Plant.* 8. *p.* 803.

Sideritis foliis lanceolato-linearibus , sessilibus, glabris . *Hort. Cliff.* 313. *Roy. Lugbd.* 322.

Sideritis alpina hyssopifolia . *C. B. P.* 233.

Sideritis VII. *Clus. Hist.* 2. *p.* 41.

Ad Serram D. Antonii , et ad montes S. Eliae.

1081. SIDERITIS (*scordioides*) foliis lanceolatis acutis dentatis , bracteis ovatis dentato-spinosis , calycibus aequalibus, spicis ovatis . *Sp. Pl.* 9. 803.

Sideritis foliis , hirsutis , profunde crenatis . *C. B. P.* 233.

Sideritis , sive Ferruminatrix Heraclea . *Lob. Icon.* 528.

Ad Sevetum montem etc.

1082. SIDERITIS (*hirsuta vulgo* Sideritide irsuta procumbente) foliis lanceolatis , dentatis, pilosis, bracteis dentato-spinosis , caule hirto , spicis interruptis elongatis . *Linn. Spec. Pl.* 10. *p.* 803.

Sideritis hirsuta , procumbens . *C. B. P.* 232.

Sideritis III. . *Clus. Hist.* 2. *p.* 40.

Sideritis caule piloso, foliis lanceolatis rugosis serratis, floribus flavescentibus, calycibus sessilibus, in ore spinosis. *Cat. Pl. Agr. Rom. an.* 1764. *Maratti.*

Ad Malam Cryptam etc.

MENTHA

SPICATAE

1083. MENTHA (*sylvestris*, *vulgo* Mentastro biancheggiante, spigato, e con foglia lunga) spicis oblongis, foliis oblongis tomentosis, serratis, sessilibus, staminibus corolla longioribus. *Hort. Cliff.*306. *Gort. Gelr.*341. *Dalib. Paris.* 177.

Mentha sylvestris folio longiore. *C.B.P.*227.

Menthastrum spicatum, folio longiore candidante. *I. B. Hist.* 3 *p.*321.

In humentibus frequens. Adstringit, calefacit, atque exiceat. Lumbricos rotundos cnecat, flatus discutit etc.

1084. MENTHA (*viridis vulgo* Menta acquatica spicata, con le foglie lunghe) spicis oblongis lanceolatis, nudis, serratis, sessilibus, staminibus corolla longioribus. *Linn. Spec. Pl.* 2. *p.* 804.

Mentha spicis solitariis, interruptis, foliis lanceolatis, serratis, sessilibus. *Hort. Cliff.*306. *Roy. Lugbd.* 325. *Huds. Agl.*221.

Mentha angustifolia, spicata. *C. B. P.* 227.

Mentha. *Cam. Epit.* 477.
Mentha III. IV.. *Dod. Pemt.* 95.
Mentha aquatica, spicata, foliis oblongis, viridibus, serratis, acuminatis. *Gron. Virg.* 167.

Vivit in humentibus.

1085. MENTHA (*rotundifolia vulgo* Mentastro con le frondi rotonde, e rugose, e con li fiori spigati) spicis oblongis, foliis subrotundis, rugosis, crenatis, sessilibus. *Huds. Angl.* 221.
Mentha sylvestris, rotundiore folio. *C.B.P.* 227.
Menthastrum folio rugoso, rotundiore, spontaneum, flore spicato, odore gravi. *I. B. H.* 3. *p.* 219.

In humentibus passim.

CAPITATAE.

1086. MENTHA (*aquatica vulgo* Menta acquatica maggiore, con le foglie rotonde) spicis capitatis, foliis ovatis serratis petiolatis, staminibus corolla longioribus. *Hort. Cliff.* 306. *Roy. Lugbd.* 225. *Dalib. Paris.* 177.
Mentha rotundifolia, palustris, sive aquatica major. *C. B. P.* 277.
Sisymbrium sylvestre. *Dalech. Hist.* 677.

In Aquosis frequens.

1087. MENTHA (*piperitis vulgo* Menta con sapore di pepe, e con le spighe corte) spicis,

capitatis, foliis ovatis, serratis, petiolatis, staminibus corolla brevioribus. *Linn. Spec. Pl.* 6. *p.* 805.

Mentha spicis brevioribus, et habitioribus, foliis Menthae fuscae, sapore fervido piperis. *Rai. Angl.* 3. *p.* 234. *t.* 10. *f.* 2.

Ad Nympham, et Regillum.

VERTICILLATAE

1088. MENTHA (*sativa*, *vulgo* Menta crespa o domestica degli orti) floribus verticillatis, foliis ovatis, acutiusculis, serratis, staminibus corolla longioribus. *Linn. Spec. Pl.* 7. *p.* 805.

Mentha crispa verticillata. *C. B. P.* 227.

Mentha crispa verticillata, folio rotundiore. *I. B. Hist.* 3. *p.* 215.

Non solum vivit multis in locis, sed etiam colitur in hortis, et viridariis. Omnia stomachi vitia curat, urinam movet, obstructa menstrua provocat etc.

1089. MENTHA (*gentilis vulgo* Menta Ortense, con odore di Basilico) floribus verticillatis, foliis ovatis, acutis, serratis, staminibus corolla brevioribus. *Linn. Spec. Pl.* 8. *p.* 805.

Mentha hortensis, verticillata, Ocymi odore. *C. B. P.* 227.

Mentha verticillata, minor, acuta, non crispa, odore Ocymi. *I. B. H.* 3. *p.* 216.

Mentha IV.. *Fuchs. Hist.* 291.

Cum superiori fere semper habitat, et colitur.

1090. MENTHA (*arvensis vulgo* Menta campestre, con li fiori disposti in forma di vertecchio) floribus verticillatis, foliis ovatis acutis, serratis, staminibus corollam aequantibus. *Hort. Cliff* 307. *Roy. Lugbd.* 326. *Hall. Helv.* 658. *Dalib. Paris.* 178.

Mentha arvensis, verticillata, procumbens. *Moris. Hist.* 3. *p.* 369. *Se.* 11. *t.* 7. *f.* 5.

Calamintha arvensis, verticillata. *C.B.P.* 229.

In agris etc.

1091. MENTHA (*Pulegium vulgo* Puleggio maggiore) floribus verticillatis, foliis ovatis obtusis subcrenatis, caulibus subteretibus, repentibus, staminibus corolla longioribus. *Hort. Cliff.* 307. *Roy. Lugbd.* 326. *Dalib. Paris.* 178. *Gort. Gelr.* 344.

Pulegium latifolium. *C. B. P.* 222.

Pulegium. *Fuchs. Hist.* 199.

In paludosis multis in locis. Haec planta est aperiens, et anthysterica.

1092. MENTHA (*Cercia vulgo* Puleggio minore) floribus verticillatis, foliis linearibus, staminibus corolla longioribus. *Hort. Cliff.* 307. *Sauv. Monsp.* 143.

Pulegium angustifolium. *C.B.P.* 222. *Riv. Mo.* 22.

Virit in paludosis frequens.

GLECOMA

1093. GLECOMA (*hederacea vulgo* Edera terrestre) foliis reniformibus crenatis. *Hort. Cliff.* 307. *Roy. Lugd.* 320. *Flor. Svec.* 483. 518.

Calamintha humilior, folio rotundiore. *Tour. I. R. H.* 194.

Chamaecissus, sive Hedera terrestris. *I. B.* 3. *App.* 855.

Hedera terrestris vulgaris. *C. B. P.* 306.

Chamaecisissus. *Fuchs. Hist.* 876.

In sylvis, et sepibus mense aprili floret. Aperit, discutit, mundificat, et consolidat.

LAMIVM

1094. LAMIVM (*Orvala vulgo* Lamio maggiore) foliis cordatis inaequaliter arguteque serratis, corollis fauce inflata, calyce colorato. *Linn. Spec. Pl.* 1. *p.* 808.

Lamium maximum, sylvaticum, alterum. *C. B. P.* 231.

Lamium montanum, saxatile, ferme glabrum, flore amplo purpureo, labio inferiore crenulato. *Till. Pis.* 92. *t.* 34. *f.* 1.

Galeopsis maxima Pannonica. *Clus. Hist.* 2. *p.* 35.

Ad montes Cervarae.

1095. LAMIVM (*laevigatum vulgo* Lamio fetido, con fiori rossi grandi, e foglia piccola) foliis cordatis, rugosis, caule laevi, calycibus glabris, longitudine corollae. *Linn. Spec. Pl.* 3. *p.* 808.

Lamium purpureum foetidum, folio parvo, acuminato, flore majore. *Pluk. Phyth.* 198. *f.* 1.

Lamium (*vulgo* Lamio con foglia lunga, che non puzza) purpureum non foetens, folio oblongo. *C. B. P.* 231.

Lamium subrotundo rugoso folio, flore rubro. *Bocc. Mus.* 2. *t.* 23.

Galeopsis flore purpurascente majore, folio non maculato. *I.B. Hist.* 3. *p.* 321. *Rai. Hist.* 559.

Ad Travicellam, et ad Aquam Transversam. Lamium graveolens est planta anthysterica, aperiens, emolliens, incidens, diuretica, et lithontriptica. Ejus radix maxime ad icterum commendatur etc.

1096. LAMIVM (*maculatum*, *vulgo* Lamio, la di cui foglia ha una macchia bianca lunga) foliis cordatis, acuminatis, verticillis decemfloris. *Linn. Spec. Pl.* 4. *p.* 809.

Lamium alba linea notatum. *C. B. P.* 231.

Lamium Plinii, montanum, Campoclarensium. *Col. Ecphr.* 1. *p.* 192. *t* 90.

Lamium maculatum *C. B. P.* 231.

Multis in locis habitat. In haemorrhagia narium est optimum, in fluore albo, et rubro etc.

1097. LAMIVM (*album vulgo* Lamio con fiore bianco, foglia lunga, che non puzza) foliis cordatis, acuminatis, petiolatis, verticil-

lis vigintifloris. *Hort. Cliff.* 314. *Dalib. Paris.* 178. *Roy. Lugbd.* 319.

Lamium album non foetens, folio oblongo. *C. B. P.* 231.

Galeopsis. *Cam Epit.* 865.

In cultis, et incultis multis in locis.

1098. LAMIVM (*purpureum vulgo* Lamio con foglia subrotunda, e fiori rossi, che puzza) foliis cordatis, obtusis, petiolatis. *Hort. Cliff.* 314. *Roy. Lugbd.* 319. *Dalib. Paris.* 179.

Lamium purpureum foetidum, folio subrotundo. *C. B. P.* 230.

Vrtica iners altera. *Dod. Pempt.* 153.

In cultis, et incultis multis in locis.

1099. LAMIVM (*amplexicaule vulgo* Lamio maggiore le di cui frondi abbracciano il loro gambo, e minore) foliis floralibus sessilibus, amplexicaulibus, obtusis. *Hort. Cliff.* 314. *Roy. Lugbd.* 319. *Gron. Virg.* 66. *Dalib. Paris.* 179.

Lamium, folio caulem ambiente, minus. *C. B. P.* 231.

Morsus gallinae, folio Hederulae, alterum. *Lob. Icon.* 463.

Lamium, folio caulem ambiente, majus. *C. B. P.* 231.

In cultis, et incultis, frequens.

GALEOPSIS

1100. GALEOPSIS (*Ladanum*, *vulgo* Ladano biancheggiante) internodiis caulinis aequalibus, verticillis omnibus remotis. *Linn. Spec. Pl.* 1. *p.* 810.

Galeopsis, ramis summis pubescentibus. *Hort. Cliff.* 314. *Roy. Lugbd.* 319. *Dalib. Paris.* 181.

Ladanum segetum folio latiore. *Riv. Monp.* 24.

Sideritis arvensis, angustifolia, rubra. *C.B.P.* 233.

In segetibus, sicuti et ad Aquam Transversam, et alibi.

1101. GALEOPSIS (*guttata*) foliis cordatis acuminatis serratis pilosis, floribus sature rubris, labio inferiore guttato. *Cat. Pl. Ag. Rom.* 1764. *Maratti*.

In umbrosis, et sylvosis collibus. Hae plantae foetent, atque adinstar Lamii adhibentur.

BETONICA

1102. BETONICA (*officinalis*, *vulgo* Betonica volgare) spica interrupta, corollarum lacinia labii intermedia emarginata. *Roy. Lugbd.* 316. *Hort. Vpsal.* 164.

Betonica. *Dod. Pempt.* 40. *Hort. Cliff.* 310.

Betonica purpurea. *C. B. P.* 235.

Betonica (*vulgo* Betonica con il fiore bianco) alba. *C. B. P.* 235. (*a*)

In sylvis montanis multis in locis, (a) ad montem Catillum etc. Roborat cerebrum, et viscera. Est aperiens, attenuans, diuretica, cephalica, vulneraria, uterina. Ex foliis fit emplastrum in vulneribus praesertim capitis etc.

STACHYS

1103. STACHYS (*sylvatica vulgo* Galeopside vera) verticillis sexfloris, foliis cordatis, petiolatis. *Flor. Svec.* 489. 526. *Dalib. Paris.* 180.

Stachys foliis cordatis, acuminatis, petiolatis, floribus laxe spicatis. *Hort. Cliff.* 309. *Roy. Lugbd.* 317. *Hall. Helv.* 642.

Lamium maximum, sylvaticum, foetidum. *C. B. P.* 231.

Galeopsis legitima. *Clus. Hist.* 2. *p.* 35.

Ad sylvas Fossignani, ad Saccaratam, ad Ceccanum etc. Valde foetet, et grave olet, hinc est anthysterica, antepileptica, antiapopletica etc.

1104. STACHYS (*palustris vulgo* Stachide palustre, che puzza) verticillis sexfloris, foliis lineari-lanceolatis, semi-amplexi-caulibus. *Flor. Svec.* 490. 528. *Dalib. Paris.* 180.

Stachys foliis lineari-lanceolatis, sessilibus, basi emarginatis. *Hor. Cliff.* 309. *Roy. Lugbd.* 317.

Stachys palustris foetida. *C. B. P.* 236.

Stachys aquatica. *Tabern. Icon.* 577.

Ad Sermonetam, et ad lacum Vlubrae etc.

1105. STACHYS (*Germanica vulgo* Salvia salvatica) verticillis multifloris, foliorum serraturis imbricatis, caule lanato. *Sp. Pl.* 4. 812.

Stachys verticillis quadraginta floris, caule lanato. *Hort. Vpsal.* 170.

Stachys foliis oblongo-cordatis, floribus verticillatis. *Hort. Cliff.* 309. *Roy. Lugbd.* 317. *Dalib. Paris.* 179.

Stachys major Germanica. *C. B. P.* 236.

Stachys. *Fuchs. Hist.* 766.

Multis in locis. Succus in paralysi mirus.

1106. STACHYS (*arvensis vulgo* Marrubiastro volgare) verticillis sexfloris, caule debili, foliis obtusis nudiusculis, corollis calyce vix longioribus. *Linn. Spec. Pl.* 11. *p.* 814.

Glecoma foliis cordato-oblongis, crenatis. *Hort. Cliff.* 307.

Sideritis calycibus subinermibus, hispidis. *Flor. Svec.* 488. 519.

Sideritis Alsines trixaginis folio. *C. B. P.* 233. *Prodr.* 111.

Sideritis humilis, lato, obtuso folio. *Raii. Hist.* 565.

Marrubiastrum vulgare. *Tour. I. R. H.* 190.

In arvis Signanis, et Sonnini.

BALLOTA

1107. BALLOTA (*nigra vulgo* Marrubio nero fetido, *et etiam* Ballote) foliis cordatis, indivisis, serratis, calycibus acuminatis. *Flor. Svec.* 484. 529.

Ballota. *Hort. Cliff.* 311. *Roy. Lugbd.* 315.

Ballote. *Fuchs. Hist.* 154. *Caesalp. Plant.* 445.

Marrubium nigrum foetidum. *C. B. P.*230.

In ruderatis intra, et extra Urbem. Est Castoreum Rusticorum; unde inter uterinas habetur, ubi foetor est optimus, contra insultus epilepticos, et hystericos. Laudatur ad tumores frigidos, et contra morsus rabidi canis etc.

1108. BALLOTA (*alba vulgo* Ballote con fiore bianco) foliis cordatis, indivisis, serratis, calycibus subtruncatis. *Flor. Svec.* 2. *n.* 530.

Ballote flore albo. *Tour. I.R.H.*185. *Vaill. Paris.* 20.

Ballote. *Cam. Epit.* 572.

Ad Theatrum Flavium signanter, etc.

MARRVBIVM

CALYCIBVS QVINQVE-DENTATIS

1109. MARRVBIVM (*Alysson vulgo* Marrubio bianco, con fiori violacei oscuri) foliis cuneiformibus, quinque-dentatis, plicatis, verticillis involucro destitutis. *Hort. Cliff.* 311. *Roy. Lugbd.* 314. *Sauv. Monsp.*151.

Marrubium album foliis profunde incisis, flore coeruleo. *Moris. Hist.*3.*p.*377. *Se.*11. *t.*10. *f.*12.

Alysson verticillatum, foliis profunde incisis. *C. B. P.*232.

Alysson Galeni. *Clus. Hist.*2. *p.*35.

Marrubium album, floribus sature violaceis, foliis flabelliformibus, in summitate profun-

de, et inaequaliter dentatis. *Cat. Pl. Ag. Rom.* 1764. *Mar.*

Ad montem Arsiccium, et ad Petrollam.

1110. MARRVBIVM (*supinum vulgo* Marrubio bianco, con frondi candide) dentibus calycinis setaceis, rectis, villosis. *Hort. Cliff.* 312. *Roy. Lugbd.* 315. *Sauv. Monsp.* 151.

Marrubium album, sericeo, parvo, et rotundo folio. *Barr. Icon.* 685. *Bocc. Mus.* 2. *p.* 78. *t.* 69.

Marrubium album Hispanicum, majus. *Barr. Icon.* 686.

Ad Sevetum ad montes S. Eliae, ad Serram D. Antonii et multis aliis in locis. Est aperiens, abstergens, et temperans.

CALYCIBVS DECEM-DENTATIS

1111. MARRVBIVM (*vulgare vulgo* Marrubio bianco volgare) dentibus calycinis setaceis uncinatis. *Hort. Cliff.* 342. *Roy. Lugbd.* 315. *Hall. Helv.* 648. *Dalib. Paris.* 182.

Marrubium album vulgare. *C.B.P.* 230.

Marrubium vulgare. *Clus. Hist.* 2. *p.* 34.

Marrubium album villosum. *C.B.P.* 230. *Prodr.* 110.

In ruderatis, et etiam intra urbem, nempe in platea magna Ecclesiae S. Jo. in Laterano non procul a Janua Asinaria, ad dexteram. Aperiens, abstergens, temperans: subamara, parum aromatica, odore non ingrata.

CLINOPODIVM

1112. CLINOPODIVM (*vulgare vulgo* Clinopodio volgare) capitulis subrotundis, hispidis, bracteis setaceis. *Linn. Spec. Pl.* 1. *p.* 821.

Clinopodium foliis ovatis, capitulis verticillatis. *Hort. Cliff.* 305. *Roy. Lugbd.* 313.

Clinopodium Origano simile. *C. B. P.* 224.

—— floribus albis)

—— floribus rubris)

Clinopodium. *Cam. Epit.* 563.

Clinopodium foliis ovatis, rugosis, verticillis omnibus distantibus. *Mill. Icon.* 63. *t.* 95.

Multis in locis, et signanter ad Saccaratam, Villam Madamam et Fajolam.

ORIGANVM

1113. ORIGANVM (*Heracleoticum vulgo* Origano Eracleotico) spicis longis, pedunculatis, aggregatis, bracteis longitudine calycum. *Linn. Spec. Pl.* 6. *p.* 823.

Origanum Heracleoticum, Cunila gallinacea Plinii. *C. B. P.* 223.

Orega, Origanum Heracleoticum, Cunila. *Lob. Icon.* 492.

Ad sylvas montanas Aricinas et alibi. Aperiens, dissolvens, balsamica, calefaciens, stimulans, ab Hippocrate celebratissima.

1114. ORIGANVM (*vulgare*, *vulgo* Origano volgare *et etiam* Regano) spicis subrotundis,

paniculatis, conglomeratis, bracteis calyce longioribus, ovatis. *Linn. Spec. Plant.* 7. *p.* 824.

Origanum foliis ovatis, spicis laxis, erectis, confertis, paniculatis. *Hort. Cliff.* 305. *Roy. Lugbd.* 323. *Gron. Virg.* 65.

Origanum sylvestre *C. B. P.* 223.

Origanum sylvestre, sive vulgare *Fuchs. Hist.* 522.

Quasi in collibus omnibus.

1115. ORIGANVM (*Maru vulgo* Majorana, e Persa Cretica con fiore rossegiante) spicis hirsutis, foliis ovatis, tomentosis, sessilibus. *Linn. Spec. Pl.* 10. *p.* 825.

Majorana Cretica Origani folio, villosa, Satureiae odore, flore purpurascente. *Tour. Coroll.* 13.

Maru Creticum. *Alp. Exot.* 289. *t.* 288.

Ad septem pagos Vejetanos etc.

1116. ORIGANVM (*Majorana vulgo* Persa volgare) foliis ovalibus obtusis, spicis subrotundis compactis, pubescentibus. *Hort. Cliff.* 304. *Roy. Lugbd.* 324.

Majorana vulgaris. *C. B. P.* 224.

Amaracus vulgatior. *Lob. Icon.* 498.

Majorana (*vulgo* Persa Gentile) tenuifolia. *C. B. P.* 224. (*a*)

Majorana hortensis, odorata, perennis. *Moris. Hist.*3. *p.*359.

Colitur in hortis et viridariis. Est planta aromatica, cephalica, digerens, attemperans, errhina, anthysterica, carminativa.

THYMVS

1117. THYMVS (*Serpillum vulgo* Serpollo volgare minore) floribus capitatis, caulibus decumbentibus, foliis planis, obtusis, basi ciliatis. *Flor. Svec.* 477. 535. *Mat. Med.* 282.

Thymus repens, foliis planis, floribus verticillato-spicatis. *Hort. Cliff.*306. *Roy. Lugbd.* 325.

Serpillum vulgare minus. *C. B. P.*220.

Serpillum vulgare majus. *C. B. P.*220. (*a*)

Serpillum vulgare. *Dod. Pempt.* 277.

Serpillum (*vulgo* Serpollo volgare minore con li capitelli tomentosi) vulgare minus, capitulis lanuginosis. *Tour. I.R.H.*197. *It. Golt.* 219. (*b*)

Serpillum angustifolium, hirsutum. *C. B. P.* 220. (*c*)

Serpillum (*vulgo* Serpollo con odore di Cedro, e Cedrato) foliis Citri odore. *C.B.P.* 220. (*d*)

In pratis, et arvis montanis, fere ubique. (b) vero ad montem Catillum.

1118. THYMVS (*vulgaris*; *vulgo* Timo volgare maggiore, e minore) erectus, foliis re-

volutis, ovatis, floribus verticillato-spicatis. *Hort. Cliff.* 305. *Roy. Lugbd.* 325. *Sauv. Monsp.* 148.

Thymus vulgaris, folio tenuiore. *C. B. P.* 219.

Thymus vulgaris folio latiore. *C. B. P.* 219.

Thymum durius. *Dod. Pempt.* 276.

In saxosis, et montosis. Etiam colitur in hortis.

1119. THYMVS (*Acinos vulgo* Clinopodio volgare con foglie di Basilico) verticillis sexfloris, caulibus erectis, subramosis, foliis acutis serratis. *Flor. Svec.* 478.

Thymus caulibus vix ramosis, foliis ovatis, acutis, pedunculis plurimis unifloris. *Hort. Cliff.* 306. *Roy. Lugbd.* 325.

Clinopodium arvense Ocymi facie. *C.B.P.* 225.

Clinopodium vulgare. *Lob. Icon.* 506.

Ad Selvottum Ariciae, ad Cretones Burghesiorum etc.

Thymus est herba satis nota in culinis tanquam condimentum. In pharmacopoliis inter cephalica habetur. De caetero cum Serpillo convenit.

MELISSA

1120. MELISSA (*officinalis vulgo* Melissa, e Cedronella) racemis axillaribus verticillatis, pedicellis simplicibus. *Linn. Spec. Pl.* 1. *p.* 827.

Melissa floribus ex alis inferioribus subsessilibus. *Hort. Cliff.* 307. *Roy. Lugbd.* 320. *Sauv. Monsp.* 149.

Melissa hortensis. *C. B. P.* 229.

Apiastrum, sive Melissophyllum. *Lob. Icon.* 227.

In collibus variis in locis, et etiam extra, et intra urbem in viis agrestibus. Stomachica, cephalica, et uterina est.

1121. MELISSA (*Romana*) molliter hirsuta, et graveolens. *H. R. Paris.*

Melissa Romana hirsutior. *Mor. H. R. Bles.*

In genere Melissae repono hanc plantam, quia notas habet Melissae clar. Linnaei Gen. 566. Secus vias remotas ipsa in Urbe.

1122. MELISSA (*grandiflora vulgo* Calamento montano delle Spezierie) pedunculis axillaribus dichotomis, longitudine florum. *Linn. Spec. Pl.* 2. *p.*827.

Calamintha magno flore. *C. B. P.* 229. *Riv. Mon.* 43.

Calamintha montana praestantior. *Besl. Eyst. Aest.* 7. *t.* 7. *f.* 1.

In montosis multis in locis, et quasi dicam in omnibus. Est Planta carminativa, stomachica, cephalica, et uterina; sicuti etiam cardiaca, et antipestilentialis.

1123. MELISSA (*Calamintha vulgo* Calaminta volgare, e montana) pedunculis axillaribus dichotomis, longitudine florum. *Linn. Spec. Plant.* 3. *p.* 827.

Melissa floribus ex alis superioribus, pedunculo communi confertis. *Hort. Cliff.* 307. *Roy. Lugbd.* 320. *Sauv. Monsp.* 149.

Calamintha vulgaris, et officinarum Germaniae. *C. B. P.* 228.

Calamintha montana. *Dod. Pempt.* 98.

In montanis saxosis.

HORMINVM

1124. HORMINVM (*Pyrenaicum*, *vulgo* Ormino con fiori grandi violacei) foliis cordatis obtusis, caule nudo. *Linn.Spec. Pl.*1.*p.*830.

Horminum. *Hort. Cliff.*309.

Callitrichum folio rotundo, flore magno violaceo. *I. B. Hist.*3.*p.*313. *Moris. Hist.*3.*p.*395. *Rai. Hist.* 546.

Melissa Pyrenaica, caule brevi, Plantaginis folio. *T. Magnol. Hort.* 133. *t.* 133.

Ad Serram D. Antonii, in Apenninis. Detergens et vulneraria est planta etc.

MELITTIS

1125. MELITTIS (*Melissophyllum vulgo* Melissofillo, e Melissa con fiore grande) *Hort. Cliff.*309. *Roy.Lugbd.*309. *Sauv. Monsp.*150.

Melissa Fuchsii. *Cam. Epit.*99. 30.

Lamium montanum, Melissae folio. *C. B. P.* 231.

In montanis, et collibus semiumbrosis, & sylvosis. Datur apud nos floribus rubentibus, et floribus candidissimis, multis in locis melancholicis, et hypocondriacis prodest.

OCYMVM

1126. OCYMVM (*Basilicum* , *vulgo* Basilico) foliis ovatis , glabris, calycibus ciliatis . *Hort. Cliff.* 315. *Roy. Lugbd.* 322.

Ocymum Caryophyllatum majus . *C. B. P.* 226.

Ocymum . *Cam. Epit.* 308.

Ocymum Caryophyllatum maximum . *C. B. P.* 226. (*a*)

Ocymum latifolium maculatum sive crispum. *C. B. P.* 226. (*b*)

Ocymum viride foliis bullatis . *C.B.P.* 225. (*c*)

Dantur apud nos multae pulchrae varietates , omnes vulgo Basilico , quae coluntur . Est planta balsamica temperatae naturae: conducit in urina cienda , et menstruis obstructis provocandis etc.

SCVTELLARIA

1127. SCVTELLARIA (*galericulata vulgo* Scudellaria con li fiori turchini) foliis cordato-lanceolatis crenatis , floribus axillaribus . *Hort. Cliff.* 316. *Roy. Lugbd.* 310.

Lysimachia caerulea galericulata , seu Gratiola caerulea . *C. B. P.* 246.

Lysimachia galericulata . *Dalech. Hist.* 1060.

Ad litora Asturae.

1128. SCVTELLARIA (*peregrina, vulgo* Scudellaria comune) foliis subcordatis , serratis, spicis elongatis, secundis . *Hort. Cliff.* 317. *Roy. Lugbd.* 311.

Cassida Colum. *Ecphr.*1. *p.*187. *t.*189.

Lamium peregrinum, sive Scutellaria. *C.B.P.* 231.

In Sylva Palocci et ad montem Marium etc. Febres intermittentes curat etc.

PRVNELLA

1129. PRVNELLA (*vulgaris*, *vulgò* Brunella volgare) foliis omnibus ovato-oblongis, petiolatis. *Linn. Spec. Pl.*1. *p.*837.

Prunella bracteis cordatis. *Hort. Cliff.*316. *Mat. Med.* 309. *Roy. Lugbd.*314.

Prunella major folio non dissecto. *C.B.P.* 260.

Brunella. *Dod. Pempt.*136.

Brunella (*grandiflora vulgo* Brunella con fiore grande turchino) caerulea magno flore. *C. B.P.* 261. (*a*)

Brunella I. non vulgaris. *Clus. Hist.*2. *p.*42.

Multis in locis, uti ad Selvottum Ariciae, Villam Madamam, Aquam Transversam etc.

1130. PRVNELLA (*laciniata*, *vulgo* Brunella con le frondi tagliate) foliis ovato-oblongis, petiolatis, supremis quatuor lanceolatis dentatis. *Linn. Spec. Pl.*2. *p.* 837.

Brunella folio laciniato, *C. B. P.* 261.

Brunella II. non vulgaris. *Clus. Hist.* 2. *p.* 43.

Brunella (*vulgo* Brunella con li fiori bianchi laciniati) minor, alba, laciniata. *C.B.P.*261. (*a*)

Brunella (*vulgo* Brunella con fiore turchino) Verbenulae folio, flore caeruleo. *Vaill. Paris.* 22. *t.*5. *f.*1. (*b*)

Ad Falerium, ad Selvotto, et ad rudera Cryptae Rubrae etc. Est planta laxans, refrigerans, aestum temperans. Prodest ad gengivas in scorbuto depurandas, et oris ulceribus convenit etc.

PRASIVM

1131. PRASIVM (*majus vulgo* Prassio, e Teucrio fruticoso con fiore grande, e bianco) foliis ovato-oblongis, serratis. *Hort. Cliff.* 309. *Hort. Vpsal.* 173.

Lamium arboreum perenne, Creticum. *Zan. Hist.* 112. *t.* 46. *Rai. Hist.* 561.

Melissa fruticosa, Cretica, sempervirens, Teucrii facie, flore albo. *Moris. Hist.* 3. *p.* 408. *Se.* 11. *t.*21. *f.* 3.

Teucrium fruticans, amplo, et albo flore, Italicum. *Barr. Icon.* 895.

Ad Aquam Transversam, ad Montem Marium, Tres Fontes etc. Aperiens, incisiva, abstergens, et corroborans etc.

DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA

BARTSIA

1132. BARTSIA (*viscosa vulgo* Eufragia maggiore, e acquatica, con fiori gialli) foliis superioribus alternis, serratis, floribus lateralibus. *Hudf. Angl.* 233.

Euphrasia latifolia, viscata, serrata. *Moris. Blaes.* 264.

Euphrasia major, lutea, latifolia, palustris. *Rai. Hist.* 772. *Angl.* 3. *p.* 285.

Euphrasia lutea, palustris. *Pluk. Alm.* 142. *t.* 27. *f.* 5.

Euphrasia lutea, latifolia, palustris. *Moris. Hist.* 3. *p.* 432.

Alectorolophos Italica, luteopallida. *Barr. Rar.* 209. *t.* 665.

Ad Pontinas et ad Balnea Saturniae etc.

RHINANTHVS

1133. RHINANTHVS (*Cristagalli vulgo* Pediculare con fiore giallo) corollarum labio superiore compresso, breviore. *Hort. Cliff.* 325. *Roy. Lugbd.* 298.

Pedicularis pratensis lutea sive Cristagalli. *C. B. P.* 163. (*a*)

Cristagalli (*vulgo* Cresta di Gallo con foglia stretta) angustifolia, montana. *C. B. P.* 163. *Prodr.* 86. (*b*)

Cristagalli mas. *I. B. Hist.* 3. *p.* 436. (*c*)

In pratis pluribus in locis.

1134. RHINANTHVS (*Trisago vulgo* Cresta di gallo spigata) calycibus hirsuto-tomentosis, foliis obtuse serratis, caule simplicissimo. *Linn. Spec. Pl.* 4. *p.* 840.

Bartsia foliis oppositis lanceolatis, obtuse serratis. *Sp. Pl.* 1. *p.* 602.

Trisago Apula, unicaulis. *Col. Ecphr.* 1. *p.* 199. *t.* 197. *Moris. Hist.* 3. *p.* 427. *Se.* 11. *t.* 24. *f.* 8.

Cristagalli (*vulgo* Cresta di Gallo spigato) spicata, flore luteo magno, messanensis. *Rai Hist.* 769.

Chamaedrys unicaulis, spicata. *C. B. P.* 248.

Antirrhinum folio dissecto. *C. B. P.* 211.

Ad Asturam, ad Insulam Sacram etc.

EVPHRASIA

1135. EVPHRASIA (*latifolia*, *vulgo* Eufragia con fiore rosseggiante) foliis dentato-palmatis, floribus subcapitatis. *Linn. Spec. Pl.* 1. *p.* 841.

Euphrasia foliis ovatis, floribus spicatis. *Sauv. Monsp.* 139.

Euphrasia purpurea minor. *C. B. P.* 111. *Ray. Hist.* 774.

Euphrasia pratensis, latifolia, Italica. *C. B. P.* 234. *Moris. Hist.* 3. *p.* 430. *Se.* 11. *t.* 24. *f.* 8. *Rai. Hist.* 773.

Euphrasia tertia, latifolia, pratensis. *Col. Ecphr.* 200. *t.* 202. *f.* 2.

Odontites foliis circa radicem ovatis serratis, caeteris lanceolatis, extremitate trifidis. *Segu. Veron.* 1. *p.* 270.

In pratis montanis. Flores in aqua infusi per aliquot dies omnes humores corrigunt, et visum acuunt, quia blande atte-

nuant. In vino decocta planta est optima contra i:terum flavum, et urinam ducit etc.

1136. EVPHRASIA (*officinalis*, *vulgo* Eufragia delle Spezierie) foliis ovatis, argute dentatis. *Flor. Lapp.* 247. *Flor. Svec.* 516. 543. *Mat. Med.* 315. *Roy. Lugbd.* 299. *Hall. Helv.* 628.

Euphrasia caule ramoso, foliis ovatis, acute dentatis. *Hort. Cliff.* 325.

Euphrasia Officinarum. *C. B. P.* 233.

Euphrasia minor. *Dill. App.* 53.

Euphrasia. *Cam. Epit.* 767.

In pascuis montanis. Ad montes Januarium S. Eliae etc.

1137. EVPHRASIA (*tricuspidata vulgo* Eufrasia con fiori bianchi, e rosseggianti, con foglie tridentate) foliis linearibus tricúspidatis. *Linn. Spec. Pl.* 3. *p.* 841.

Euphrasia angustis, et tricuspidatis foliis, floribus ex albo purpureis. *Pluk. Alm.* 142. *t.* 177. *f.* 1. *Zan. Hist.* 110. *t.* 76.

Ad prata Vallis Corsae etc.

Ad Diaboli saltum. Cynara est egregium nutriens, et succulentissimum. Inter resolventia laudatur. Folia contusa et decocta forma cataplasmatis applicantur abdomini in hydrope, et oedemate summa cum efficacia. Lowerius narrat se hinc vermes in pericardio dissipasse etc.

CARLINA

1565. CARLINA (*acaulis vulgo* Carlina nana con fiore grande bianco) caule unifloro, flore breviore. *Hort. Cliff.* 395. *Roy. Lugbd.* 135. *Sauv. Monsp.* 293. *Govan. Monsp.* 426.

Carlina acaulos, magno flore albo. *C.B.P.* 380.

Chamaeleon albus. *Clus. Hist.* 2. *p.* 155. *Cam. Epit.* 428.

In Nursiae, et Casciae montibns etc.

1566. CARLINA (*lanata vulgo* Carlina con fiore grande rosseggiante) caule submultifloro lanato, calycibus radio purpureis. *Lin. Spec. Pl.* 2. *p.* 1160.

Carlina caule trifloro dichotomo, intermedio sessili. *Sauv. Monsp.* 293. *Gov. Monsp.* 426.

Carlina flore purpureo rubente patulo. *Garid. Aix.* 86. *t.* 21.

Acarna Atractylidis folio, amplo flore. *Barr. Icon.* 483.

Acarna flore purpureo rubente, patulo. *C. B. P.* 379.

Acanthoides parva, Apula. *Col. Ecphr.* 1. *p.* 29. *t.* 27. *f.* 2.

Ad Trebulum, Montem viridem etc.

1567. CARLINA (*corymbosa vulgo* Carlina con più gambi, e fiore color d'oro) caule multifloro subdiviso, floribus sessilibus, calycibus radio flavis. *Roy. Lugbd.* 135.

Acarna capitulis parvis luteis, inumbellata. *C. B. Pin.* 379.

Acarna Apula umbellata. *Col. Ecph.* 1. *p.* 27. (*b*)

Carlina sylvestris multicaulis, flore flavo, radice perenni. *Rai. Extr.* 86. (*c*)

Carlina sylvestris, flore aureo, perennis. *I. R. H.* 500. (*d*)

Carlina patula Atractylis folio, et facie. *I. R. H.* 500. (*e*)

In locis montanis, et signanter ad montem Coelium etc.

1568. CARLINA (*vulgaris vulgo* Carlina volgare con più fiori all' intorno bianchi) caule multifloro corymboso, floribus terminalibus, calycibus radio albis. *Hort. Cliff.* 395. *Roy. Lugbd.* 135. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 82.

Carlina sylvestris vulgaris. *Clus. Hist.* 2. *p.* 155.
Cnicus sylvestris, spinosior. *C. B. P.* 378.
Atractylis mitior. *Fuchs. Hist.* 121.

Ad rudera Cryptae rubrae, et Fianellum. Sapor Carlinae est penetrantissimus, et aromaticus. Est planta emmenagoga, antispasmodica, diaphoretica, aperiens, alexipharmaca, diuretica, anthysterica etc.

ATRACTYLIS

1569. ATRACTYLIS (*gummifera*) flore acauli. *Lin. Sp. Pl.* 1. 1161.
Cnicus Carlinae folio acaulos gummifer aculeatus. *Tourn. Corol.* 33.
Carlina acaulos gummifera. *C. B. P.* 380.
Carduus Pinea Theophrasti. *Alp. Exot.* 126. *t.* 124. 125.
Chamaeleon albus Dioscoridis. *Colum. Ecphr.* (δ) *p.* 1. *t.* 12.

Ad Fiscellum, et in valle Lupa secus Narum.

1570. ATRACTYLIS (*cancellata vulgo* Eringio piccolo con le frondi fatte in forma di sega) involucris cancellatis, ventricosis, linearibus, dentatis, calycibus ovatis, floribus flosculosis. *Linn. Spec. Pl.* 3. *p.* 1162.
Atractylis foliis linearibus dentatis, calycibus conniventibus. *Hort. Cliff.* 395. *Roy. Lugbd.* 137.
Atractylis flore radiato nudo, calyce inermi, involucro connivente obtecto. *Loesl. It.* 162.
Acarna capitulis globosis. *C. B. Pin.* 379.

Eryngium parvum, palmare, foliis serratis. *Moris. Hist.* 3. *p.* 166.

Carduus parvus. *I. B. Hist.* 3. *p.* 93. *Rai. Hist.* 316.

Carduus minimus. *Alp. Exot.* 254.

Ad lucum vulgo la Moletta. Est aperiens, antiscorbuticus etc.

CARTHAMUS

1571. CARTHAMUS (*corymbosus vulgo* Camaleone nero, con fiori disposti in forma di ombrello di colore di Giacinto) floribus corymbosis. *Lin. Sp. Pl.* 8. *p.* 1164.

Echinops floribus fasciculatis, calycibus multifloris. *Hort. Cliff.* 391. *Gron. Orient.* 250.

Chamaeleon niger. *Dalech. Hist.* 1454. *Dod. Pempt.* 727.

Chamaeleon niger, umbellatus, flore caeruleo hyacinthino. *C. B. P.* 380.

Carduus Chamaeleon dictus, capitulis pluribus minoribus, caeruleis, corymbatim dispositis. *Moris. Hist.* 3. *p.* 159.

Ad montem Calvum. Diaphoreticus, et alexipharmacus.

1572. CARTHAMUS (*officinarum vulgo* Zafrone) foliis ovatis integris, serrato-aculeatis. *Hort. Cliff.* 354.

Cnicus sativus, sive Carthamus officinarum. *C. B. P.* 368.

Seritur Reate, et frequens est in Umbria, et Piceno. Flores

tingunt colore flave, et, ope alkali, rubro. Semina purgant, sunt diuretica etc.

BIDENS.

DIOSCOIDEAE

1573. BIDENS (*tripartita vulgo* Bidente acquatico con le frondi tagliate in tre parti) foliis trifidis, calycibus subfoliosis, seminibus erectis. *Lin. Sp. Pl.* 1. *p.* 1165.

Bidens corona seminum retrorsum aculeata, seminibus erectis. *Hort. Cliff.* 399. *Roy. Lugbd.* 157. *Gron. Orient.* 255.

Bidens, foliis tripartito-divisis. *I. R. H.* 462. *Flor. Lapp.* 294.

Cannabina aquatica, folio tripartitim diviso. *C. B. P.* 321.

Hepatorium aquatile. *Dod. Pempt.* 595.

Ad Pontinas, multisque aliis in locis aquosis.

1574. BIDENS (*hamata*) foliis latis, multifarie diseotis, flosculis luteis, semiflosculis albicantibus, seminibus oblongis angustis bidentatis hamatis. *Cat. Pl. Rom.* 1764. *Maratti.*

An Bidens Americana Apii folio. *Tour. I. R. H.* 462.?

Chrysanthemum aquaticum, foliis multifidis, Cicutae nonnihil similibus, Virginianum. *H. L. B.*

Chrysanthemum Virginianum, foliis Cicutae nonnihil similibus. *Par. Bat.*

In loco vulgo Acquataccio, ad Marranam, ad Pontinas etc.

1575. BIDENS (*minima vulgo* Bidente piccolo) foliis lanceolatis sessilibus, floribus, seminibusque erectis. *Huds. Angl.* 310.

Verbesina minima. *Dill. Giss.* 167. *App.* 66. *Rai. Angl.* 3. *p.* 188. *t.* 7. *f.* 2.

Ad Nympham, et ad Balnea Saturniae.

1576. BIDENS (*cernua vulgo* Eupatorio cannabino con fiori ripiegati) foliis lanceolatis amplexicaulibus, floribus cernuis, seminibus erectis. *Flor. Svec.* 664. 727.

Cannabina aquatica, folio non diviso. *C.B.P.* 321.

Eupatorium cannabinum, Chrysanthemum. *Tabern. Ic.* 117.

Ad fossas ubi aquae currunt, et fontes etc.

CACALIA.

HERBACEAE

1577. CACALIA (*Saracenica*) caule herbaceo, foliis lanceolatis, serratis, decurrentibus. *Linn. Spec. Pl.* 8. 1169.

Solidago foliis lanceolatis serratis decurrentibus, caule angulato. *Monier. Obs.* 193. *Sauv. Monsp.* 84. *Govan. Monsp.* 444.

Senecio perennis, Solidaginis folio. *Vaill. Act.* 366.

Virga aurea maxima, radice repente, sive Doria major, repens. *Moris. Hist.* 3. *p.* 123.

Virga aurea, sive Solidago Saracenica, latifolia, serrata. *I. B. Hist.* 2. *p.* 1063.

Conyza montana, foliis longioribus serratis, flore sulphureo albicante. *Com. Act. Paris.* 1705. *p.* 394.

Ad montes Januarium, et Leonem. Specifica ad calculos pellendos etc.

EVPATORIVM

CALYCIBVS QVINQVEFLORIS.

1578. EVPATORIVM (*cannabinum vulgo* Eupatorio cannabino con le frondi digitate, ed Erba di S. Bibiana) foliis digitatis. *Hort. Cliff.* 396. *Roy. Lugbd.* 155.

Eupatorium cannabinum. *C. B. Pin.* 320.

Eupatorium adulterinum. *Fuchs. Hist.* 265.

In locis aquosis fere omnibus.

1579. EVPATORIVM (*trifoliatum vulgo* Eupatorio cannabino con le frondi a tre a tre alli nodi delle gambe) foliis ternis. *Gron. Virg.* 119.

Eupatorium caule erecto, foliis ovato-lanceolatis, serratis, petiolatis, ternatis. *Gron. Virg.* 1. *p.* 178.

Eupatorium Cannabinum, foliis in caule ad genicula ternis, Marilandicum. *Rai. Supp.* 189.

Ad Pontinas lacunas, et aquas fossorum pluribus in locis.

Est panacaea rusticorum.

STAEHELINA

1580. STAEHELINA foliis linearibus denticulatis, squamis calycinis lanceolatis, pappo calycibus duplo longiore. *Gov.Monsp.*430.
Staechadi citrinae affinis, capitulis longioribus. *I. B. H.* 3.*p.* 156.

In litore Neptuni, et Terracinae.

CHRYSOCOMA

HERBACEA

1581. CHRYSOCOMA (*Linosyris vulgo* Linaria con fior giallo circondato da più fiori) herbacea, foliis linearibus, glabris, calycibus laxis. *Govan. Monsp.* 431.
Chrysocoma calycibus laxis. *Hort. Cliff.* 369. *Roy. Lugbd.* 145.
Chrysocoma foliis linearibus, petiolo sub flore intumescente. *Hall. Helv.* 380.
Chrysocome Dioscoridis, et Plinii. *Col.Ecphr.* 1.*p.* 81. *t.* 82.
Linosyris nuperorum. *Lob. Hist.* 223.
Osyris Austriaca. *Clus. Hist.* 1. *p.* 325.
Linaria folioso capitulo luteo, major, et minor. *C. B. P.* 213.

Ad Sylvam Candidam. Deobstruens, icterum flavum ejus decoctum curat etc.

SANTOLINA

1582. SANTOLINA (*Chamaecyparissus vulgo*

Abrotano femmina, e Formichella) pedunculis unifloris, foliis quadrifariam dentatis. *Hort. Cliff.* 397. *Roy. Lugbd.* 146.

Abrotanum foemina, foliis teretibus. *C.B.P.* 136.

Abrotanum foemina vulgare. *Clus. Hist.* 1. *p.* 341.

Ad montem Catillum, et etiam in hortis colitur etc.

1583. SANTOLINA pedunculis unifloris, foliis linearibus, margine tuberculatis. *Roy. Lugbd.* 146.

Abrotanum foemina, foliis Rosmarini, majus. *C. B. P.* 137.

Abrotanum foemina, viride. *C.B.P.* 137. (*a*)

Abrotanum foemina, folio majore, foliis villosis, et incanis. *C.B.P.* 137. (*b*)

Secus flumen Peliae permixtim. Perennis.

1584. SANTOLINA pedunculis unifloris, foliis bipinnatis, caulibus simplicibus. *Sp. Pl.* 1150.

Santolinoides alpina saxatilis, foliis glaucis, et veluti argenteis, floribus luteis. *Mich. Gen.* 31. *t.* 27.

Ad montem Moronem in Aprutiis, Nursiae, etc. Perennis.

1585. SANTOLINA (*anthemoides vulgo* Abrotano con foglie sottili) pedunculis unifloris, foliis bipinnatis, caule ramosissimo, villoso. *Lin. Spec. Pl.* 4. *p.* 1180.

Santolina perennis, Chamaemeli folio, caule ramoso. *Vaill. Act.* 372.

In territorio Nursiae, et supra Tudertum versus pontem S. Joannis Perusii etc. Est planta calefaciens, aromatica, et balsamica, diaphoretica, anticolica, et anthelmintica.

ATHANASIA

1586. ATHANASIA (*maritima vulgo* Gnafalio marittimo) pedunculis unifloris subcorymbosis, foliis lanceolatis, indivisis, crenatis, obtusis, tomentosis. *Lin. Spec. Plant.* 10. *p.* 1182.

Santolina corymbo terminali subdiviso, foliis oblongis, integerrimis, obtusis. *Hort. Cliff.* 398. *Gron. Orient.* 257.

Filago maritima. *Sp. Pl.* 927. *Mill. Dict. t.* 135.

Gnaphalium maritimum. *C.B.P.* 263.

Chrysanthemum perenne, Gnaphaloides maritimum. *Morris. Hist.* 3. *p.* 81. *s.* 6. *t.* 4. *f.* 47.

In Mediterranei maritimis.

SYNGENESIA POLYGAMIA SVPERFLVA.

TANACETVM

HERBACEA

1587. TANACETVM (*incanum vulgo* Assenzio con foglie strette, e biancheggianti) foliis bipinnatis, tomentosis, corymbo ovato composito. *Lin. Sp. Pl. p.* 1183.

Artemisia caule simplici, corymbo composito, ovato, terminali. *Hort. Cliff.* 404.

Absinthium Orientale, incanum, tenuifolium, floribus luteis in capitulum congestis, et sursum spectantibus. *Tour. Coroll.* 34.

Ad Circaeium, et Insulam Sacram.

1588. TANACETVM (*annuum vulgo* Assenzio annuo corimbifero, con frondi strette) foliis bipinnatis, linearibus, acutis, corymbis tomentosis. *Roy. Lugbd.* 155.

Tanacetum annuum villosum, Absinthii Austriaci folio. *Vaill. Act.* 1719. *p.* 281.

Santolina corymbis simplicibus, foliis linearibus confertis. *Mill. Dict. t.* 227. *f.* 1.

Absinthium corymbiferum, annuum. *I.R.H.* 458.

Elichrysum foliis Abrotani. *C.B.P.* 264. *Pluk. Phyt.* 160. *f.* 1.

Elichryson. *Clus. Hist.* 1. *p.* 325. *t.* 326.

Ad montem Flavium, Maccaresium etc.

1589. TANACETVM (*vulgare vulgo* Tanaceto volgare, e Madrigalone) foliis bipinnatis, incisis, serratis. *Hort. Cliff.* 398. *Roy. Lugbd.* 155. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 133. *t.* 65. *f.* 1.

Tanacetum foliis planis, pinnatis, pinnis serratis. *Flor. Lapp.* 295.

Tanacetum vulgare, luteum. *C. B. P.* 132.

Athanasia, sive Tanacetum. *Dalech. Hist.* 955.
Artemisia monoclonos. *Fuch. Hist.* 46.
Tanacetum (*crispum vulgo* Tanaceto con le frondi riccie) foliis crispis. *C.B.P.* 132. *(b)*
Tanacetum crispum. *Dod. Pempt.* 36.

Ad Circaeium etc. Item ubertose vivit pluribus in hortis, vineis etc.

1590. TANACETVM (*Balsamita vulgo* Erba Santa Maria) foliis ovatis, integris, serratis. *Hort. Cliff.* 398. *Roy. Lugbd.* 154.
Mentha hortensis, corymbifera. *C.B.P.* 226.
Costus hortensis. *Dalech. Hist.* 678.

Pluribus in vineis, hortis etc. Tanacetum est emmenagogum, diureticum, anthelminticum, carminativum, hystericum, vulnerarium etc.

ARTEMISIA

FRVTICOSAE ERECTAE

1591. ARTEMISIA (*Abrotanum vulgo* Abrotano con le frondi capillari, *et etiam* Erba per l'acqua della Regina) foliis ramosissimis setaceis, caule erecto suffruticoso. *Hort. Cliff.* 403. *Govan. Monsp.* 432.
Abrotanum mas, angustifolium, majus. *C. B. Pin.* 136.
Abrotanum mas. *Dod. Pempt.* 21.

Ad colles Sabinenses, et etiam in hortis etc. Emmenagoga, digerens, incidens, anthelmintica etc. Provocat lunaria tributa, vermes enecat, et vim digerentem, et incidentem possidet etc.

1592. ARTEMISIA (*maritima vulgo* Ascenzo Marino) foliis multi-partitis , tomentosis, racemis cernuis , flosculis foemineis ternis. *Lin. Spec. Pl.* 7. *p.* 1186.

Artemisia foliis compositis , multifidis, tomentosis, ramis floriferis nutantibus . *Flor.Svec.* 671. 734.

Artemisia foliis compositis multifidis , racemis simplicibus alternis , floribus erectis sessilibus . *Roy. Lugbd.* 113. *Sauv. Monsp.* 264.

Absinthium Seriphium Belgicum . *C.B.P.* 139. *I.B. Hist.* 3. *p.* 178.

Absinthium Seriphium Germanicum . *C. B. P.* 139.

Non procul a Mediterraneo. Est planta deobstruens, et anthelmintica.

1593. ARTEMISIA (*rupestris vulgo* Ascenzio Pontico con frondi piccole , e biancheggianti) foliis pinnatis , caulibus adscendentibus, hirsutis , floribus globosis cernuis , receptaculo papposo . *Flor. Svec.* 669. 733.

Artemisia foliis pinnatis , pilosis, ramis adscendentibus , floribus oblongis suberectis. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 111. *t.* 49. *f.* 1.

Absinthium Ponticum repens , et supinum. *C. B. P.* 139. *Pluk. Alm.* 3. *t.* 73. *f.* 1.

Absinthium pumilum palmeum, minus, argenteo, sericeoque folio. *Bocc. Mus.* 2. *p.* 81. *t.* 71. *Barr. Rar.* 1006. *t.* 462.

Absinthium alpinum, incanum. *C. B. P.* 139. *Prodr.* 71.

Absinthium Orientale, tenuifolium, argenteum, et sericum, flore magno. *Tour. Coroll.* 34.

Absinthium alpinum, spicatum, foliis petiolatis bistrifidis, caulinis pinnatis. *Allion. Pedem.* 1. *p.* 3. *t.* 7.

Absinthium viride, foliis multifidis linearibus. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 131. *n.* 64. *f.* 1.

In Apenninis, ad montem Crepacuore, prope oppido Neptuni etc. Seritur etiam in aliquibus hortis etc. Deobstruens, anthelminticum, et diaphoreticum optimum etc.

ERECTAE HERBACEAE FOLIIS COMPOSITIS.

1594. ARTEMISIA (*Pontica vulgo* Assenzio Pontico) foliis multipartitis, subtus tomentosis, floribus subrotundis, nutantibus, receptaculo nudo. *Hort. Upsal.* 257. *Hort. Cliff.* 404. *Mat. Med.* 389. *Jacq. Vind.* 149.

Absinthium Ponticum, tenuifolium, incanum. *C. B. P.* 138.

Absinthium tenuifolium. *Dod. Pempt.* 24.

In aliquibus locis apricis, et aridis.

1595. ARTEMISIA (*Absinthium Romanum*

vulgo Ascenzio Romano, e delle Spezierie) foliis compositis multifidis, floribus subglobosis pedunculatis, receptaculo villoso. *Hort. Cliff.* 404. *Roy. Lugbd.* 153.

Absinthium incanum foliis compositis, latiuscule multifidis, floribus subglobosis pendulis. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 129. *t.* 63.

Absinthium Ponticum, sive Romanum Officinarum, sive Dioscoridis. *C. B. P.* 138.

Absinthium. *Cam. Epit.* 452.

Multis in locis in nostro agro Romano felicissime vivit, et etiam in pluribus vineis, hortis etc.

1596. ARTEMISIA (*arborescens vulgo* Ascenzio arboreo con foglia larga, Assenzio di muro) foliis compositis, multifidis, linearibus, floribus subglobosis, caule frutescente. *Lin. Spec. Pl.* 15. *p.* 188.

Absinthium arborescens. *Lob. Icon.* 753.

Abrotanum latifolium, arborescens. *C. B. P.* 136.

Supra antiquos muros etiam in Urbe.

1597. ARTEMISIA (*vulgaris vulgo* Artemisia volgare, *et etiam* Canepione) foliis pinnatifidis, planis, incisis, subtus tomentosis, racemis simplicibus, floribus ovatis, radio quinqueflaro. *Lin. Sp. Pl.* 16. *p.* 1189.

Artemisia foliis pinnatifidis, planis, laciniatis, floribus erectis. *Hort. Cliff.* 404. *Roy. Lugbd.* 153. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 108.

Artemisia vulgaris major. *C. B. P.* 137. *Flor. Lapp.* 376.

Artemisia vulgaris. *I. B. Hist.* 3. *p.* 184.

In arundinetis, vineis, multisque aliis in locis cultis, et incultis. Emmenagoga, hysterica, diuretica etc.

1598. ARTEMISIA foliis pinnatis glabris, pinnulis capillaribus, floribus laxe jubatis unum latus spectantibus, et camforam olentibus, perennis.

In litore maris, ubi humus ex fucis, et crustaceis etc.

FOLIIS SIMPLICIBVS

1599. ARTEMISIA (*caerulescens vulgo* Ascenzio marittimo con frondi di Spigo) foliis caulinis lanceolatis integris, radicalibus multifidis, flosculis foemineis ternis. *Hort. Cliff.* 403.

Absinthium maritimum Lavendulae folio. *C. B. P.* 139. *Moris. Hist.* 3. *p.* 7. *s.* 6. *t.* 1. *f.* 5.

Absinthium angustifolium. *Dod. Pempt.* 26.

Abrotanum latifolium rarius, Artemisiae folio. *Col. Ecphr.* 2. *p.* 75. *t.* 76.

Ad litora nostri maris Mediterranei. Est planta absorbens, et anthelmintica.

1600. ARTEMISIA (*Dracunculus vulgo* Dragoncello, e Targone) foliis lanceolatis, glabris, integerrimis. *Hort. Cliff.* 403.

Abrotanum Lini folio acriori, et odorato. *I. R. H.* 459.

Dracunculus hortensis. *C. B. P.* 98.
Draco herba. *Dod. Pempt.* 709.

In hortis, et fictilibus felicissime vivit. Est planta aperiens, stomachica, incidens, sudorifera.

GNAPHALIVM

CHRYSOCOMAE

1601. GNAPHALIVM (*sordidum vulgo* Elicriso, e Tignamica con fiori globosi) fruticosum, foliis linearibus, pedunculis subtrifloris, calycinis squamis lanceolatis. *Hort. Cliff.* 401. *Govan. Monsp.* 435.
Elichrysum sylvestre, angustifolium, capitulis conglobatis. *C. B. P.* 264.
Stoecadi citrinae affinis, capitulis parvis raris. *J. B. H.* 3. *p.* 156. *Rai. Hist.* 283.
Stoechas citrina, spuria, longioribus foliis. *Barr. Ic.* 368. 277.
Ageratum aliud quorundam. *Dalech. Hist.* 778.

Ad rupes, et muros antiquos ipsa in Vrbe, etc. Est planta diuretica, sudorifera, attenuans, aperiens, et vulneraria etc.

1602. GNAPHALIVM (*Stoechas vulgo* Elicriso, e Tignamica volgare con foglie strette, Tignamica di campagna) fruticosum, foliis linearibus, ramis virgatis, corymbo composito. *Hort. Cliff.* 401. *Govan. Monsp.* 435.
Elychrysum, sive Stoechas citrina angustifolia. *C. B. P.* 264.

Elychrysum, sive Chrysocome angustifolia, vulgaris. *Moris. Hist.* 3. *p.* 401.

Chrysocome, sive Stoechas citrina minor. *Barr. Icon.* 410. 409. 278.

Stoechas citrina. *Dod. Pempt.* 268.

Ad Roviatum, colles aridos etc.

1603. GNAPHALIVM (*arenarium vulgo* Elicriso con foglia larga, *et etiam* Staechados) herbaceum, foliis lanceolatis, inferioribus obtusis, caule simplicissimo, corymbo composito. *Flor. Svec.* 674. 738.

Elichrysum, sive Stoechas Citrina latifolia. *C. B. Pin.* 264.

Stoechas citrina Germanica, latiore folio. *I.B. Hist.* 3. *p.* 153. *Rai. Hist.* 281.

In arenosis fluviorum etc.

1604. GNAPHALIVM (*dioicum vulgo* Gnafalio montano) sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, corymbo simplici terminali, floribus dioicis. *Hort. Cliff.* 400. *Roy. Lugbd.* 741. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 105.

Gnaphalium caule simplicissimo, floribus coloratis terminato. *Flor. Lapp.* 305.

Gnaphalium montanum, flore rotundiore. *C. B. Pin.* 263.

Pilosella minor. *Dod. Pempt.* 68.

Gnaphalium (*foemina*) montanum longiore et folio, et flore. *C.B.P.*263.

Ad montem Petrae etc. Est adstringens etc.

FILAGINOIDEA.

1605. GNAPHALIVM (*sylvaticum vulgo* Gnafalio con fiori sparpagliati) caule simplicissimo, floribus sparsis. *Hort. Cliff.*402. *Roy. Lugbd.* 148. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 106.

Gnaphalium majus, angusto oblongo folio, alterum. *C.B.P.*263.

Gnaphalium erectum. *I. B. Hist.* 3. *p.* 160.

Ad Asturae sylvam etc.

1606. GNAPHALIVM (*uliginosum vulgo* Gnafalio piccolo con le teste nereggianti) herbaceum, caule ramoso, diffuso, floribus confertis terminalibus. *Hort. Cliff.* 402. *Roy. Lugbd.* 142.

Gnaphalium longifolium, humile, ramosum, capitulis nigris. *Rai. Hist.* 295. *Angl.*3.*p.*18.

Gnaphalium annuum, serotinum, capitulis nigricantibus, in humidis gaudens. *Moris. Hist.* 3. *p.* 92.

Ad lacunas Pontinas, ad Folianum, etiam in uliginosis circa Vrbem etc. Adstringens.

XERANTHEMVM

1607. XERANTHEMVM herbaceum, foliis lanceolatis patentibus.

Xeranthemum Oleae folio, capitulis simplicibus, incanum, foetens, flore purpurascente minore. *Moris. Hist.* 3. *p.* 43. *s.* 6. *t.* 12. *f.* 1.

Ad montem Circellum versus mare. Annua.

CARPESIVM

1608. CARPESIVM (*cernuum vulgo* Aster Attico con il fiore ripiegato, e frondí intorno al fiore molli) floribus terminalibus. *Lin. Spec. Pl.* 1. *p.* 1203.

Carpesium. *Act. Vpsal.* 1741. *p.* 81. *Hort. Vpsal.* 257.

Balsamita Conyzae folio, flore cernuo. *Vaill. Act.* 336.

Aster Atticus, foliis circa florem mollibus. *C. B. P.* 266.

Aster cernuus. *Col. Ecphr.* 1. *p.* 251. *t.* 252.

Chrysanthemum Conyzoides, cernuum, foliis circa florem mollibus. *Moris. Hist.* 3. *p.* 18.

Ad Januarium montem, non procul a civitate perantiquissima Tiburis etc.

CONYZA

1609. CONYZA (*squarrosa vulgo* Coniza maggiore, e volgare) foliis lanceolatis, acutis, caule annuo, corymboso. *Hort. Cliff.* 405. *Roy. Lugbd.* 157. *Govan. Monsp.* 436.

Conyza major vulgaris. *C. B. P.* 265.

Conyza. *Cam. Epit.* 612.

Ad Cervaram, et ad Digentiam etc. In dysenteria, et etiam vulneraria.

1610. CONYZA foliis lineari-lanceolatis integerrimis, corollis radiatis. *Sp. Pl.* 1205.

Prope Ostiam versus Tyberim. Perennis. Flores sunt caerulei, caulis sanguineus, folia alterna.

1611. CONYZA foliis linearibus subdentatis, pedunculis longissimis unifloris, caule frutescente tomentoso. *Sp. Pl.* 1206.

Elichryso sylvestri, flore oblongo, similis. *C. B. P.* 165. *Prodr.* 123. *t.* 123.

Circum campos etc. Biennis.

1612. CONYZA foliis lanceolatis crenatis amplexicaulibus, floribus subcaeruleis.

Secus viam Ostiae; Est crepitosa. Ad duos vel tres pedes a solo assurgit. Flores fere spicatim disponuntur, vario colore, qui magis vel minus in illis quorumdam germinum intenditur.

ERIGERON.

1613. ERIGERON (*viscosum vulgo* Coniza maschia di Teofrasto) pedunculis unifloris lateralibus, foliis lanceolatis, denticulatis, calycibus squarrosis, corollis radiatis. *Hort. Vpsal.* 258. *Gron. Orient.* 267. *Govan. Monsp.* 437.

Aster foliis serratis, pedunculis simplicibus, lateralibus, unifloris, longitudine folii, foliosis. *Hort. Cliff.* 409.

Conyza mas Theophrasti, major Dioscoridis. *C. B. Pin.* 265.

Conyza major. *Dod. Pempt.* 51.

Ad Dragonem. Circa torrentes, et fluvios etc.

1614. ERIGERON (*graveolens vulgo* Coniza femmina di Teofrasto) ramis lateralibus multifloris, foliis lanceolatis integerrimis, calycibus squarrosis. *Govan. Monsp.* 437.

Virga aurea minor, foliis glutinosis, et grave olentibus. *I. R. H.* 484.

Conyza foemina Theophrasti, minor Dioscoridis. *C. B. P.* 261.

Conyza minor, vera. *Lob. Icon.* 346. *Barr. Ic.* 370.

In humentibus etc.

1615. ERIGERON (*Canadense*) caule, floribusque paniculatis. *Hort. Cliff.* 407. *Hort. Vpsal.* 258. *Gron. Virg.* 122. *Gort. Gelr.* 475.

Conyza annua, acris, alba, elatior, Linariae foliis. *Moris. Hist.* 3. *p.* 115. *s.* 7. *t.* 20. *f.* 29. *Bocc. Sic.* 85. t. 46.

Pluribus in locis in campis etc.

1616. ERIGERON (*acre*) pedunculis alternis, unifloris. *Hort. Cliff.* 407. *Flor. Svec.* 691. 741. *Roy. Lugbd.* 165.

Erigeron vulgare. *Flor. Lapp.* 308.

Conyza caerulea acris. *C. B. P.* 265.

Amellus montanus aequicolorum. *Col. Ecphr.* 2. *p.* 25. *t.* 26.

Ad montem Flavium. Vis est aromatica, valde calefaciens, et excitans. Quae vero sit Conyza Dioscoridis, nescimus.

1617. ERIGERON calycinis squamis inferioribus laxis, florem superantibus. *Hort.Cliff.* 407.

Conyzae species, foliis Virgae aureae. *I.B.H.* 2. *p* 2049.

In campestribus incultis etiam intra moenia Vrbis. Annua.

1618. ERIGERON caule subunifloro, foliis lanceolato linearibus, rigidis, radice tuberosa. *Sauv. Monsp.* 55.

Chondrilla bulbosa, Syriaca, foliis latioribus. *C.B.P.* 130.

In sylvis, et hortis etc. Perennis.

TVSSILAGO

1619. TVSSILAGO (*Farfara vulgo* Tossilagine volgare, e Farfara, ed Ugna cavallina) scapo imbricato unifloro, foliis subcordatis, angulatis, denticulatis. *Hort. Cliff.* 411. *Roy. Lugbd.* 159. *Dalib. Paris.* 256. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 140.

Tussilago vulgaris. *C. B.P.* 197.

Tussilago. *Clus. Hist.* 140. *Cam. Epit.* 590. 591.

In argillosis, et humentibus etc. pluribus, etiam non procul ab ipsa Roma. Folia, et flores in decoctis pectoralibus adhibentur magno cum levamine.

1620. TVSSILAGO (*alba vulgo* Petasitide minore con fiore bianco) thyrso fastigiato, flosculis foemineis nudis, paucis. *Hort. Cliff.* 411. *Roy. Lugbd.* 159.

Petasites minor. *C.B.P.* 197.

Petasites flore albo. *Cam. Epit.* 593.

Ad Pontinas etc.

1621. TVSSILAGO (*hybrida vulgo* Petasitide maggiore, e Farfarone) thyrso oblongo, flosculis foemineis nudis, plurimis. *Hort. Cliff.* 411. *Roy. Lugbd.* 159.

Petasites major, floribus pedunculis longis insidentibus. *Dill. Elth.* 309. *t.* 230. *f.* 297.

Petasites in medio majoribus flosculis, reliquis minoribus. *Buxb. Hal.* 258.

Ad Sermonetam, et Collem Ferrum. Aperiens, et alexipharmacà etc.

1622. TVSSILAGO (*Petasites vulgo* Petasitide, e Tussilagine maggiore, e volgare) thyrso ovato, flosculis omnibus hermaphroditis. *Hort. Cliff.* 411. *Roy. Lugbd.* 159. *Dalib. Paris.* 256.

Tussilago major. *Cam. Epit.* 592.

Petasites major, et vulgaris. *C. B. P.* 197.

Ad lacunas Pontinas, et ad fossas pluribus in locis. Attenuans, aperiens, resolvens, thoracica, alexipharmaca etc.

16*

1623. TVSSILAGO scapo polyfloro, calycibus coloratis subrotundis, in ima parte albis.

Nursiae in oris fluminis Torbidone. Perennis. Calyx communis ferrugineum colorem refert: Flosculi vere pulcherrime rubent. Scapus ad duos et ultra pedes assurgit, atque ramos ab uno puncto, ad instar umbellae, emittit. Omnes flosculi sunt infundibuliformes, quinquefidi in summitate. Tuba eorum, qui medium tenent, longior, eorum vero, qui in corona sunt, haud corollam ipsorum superat etc.

SENECIO

FLORIBVS FLOSCVLOSIS

1624. SENECIO (*vulgaris vulgo* Erigero, e Senecio volgare, e minore) corollis nudis, foliis pinnato-sinuatis amplexicaulibus, floribus sparsis. *Roy. Lugbd.* 165. *Hall. Helv.* 733. *Dalib. Paris.* 257. *Flor. Sveo.* 690.747.

Senecio foliis pinnatifidis denticulatis, laciniis aequalibus patentissimis, rachi lineari. *Hort. Cliff.* 406.

Senecio minor vulgaris. *C. B. P.* 131. *Flor. Lapp.* 296.

Erigerum minus. *Dod. Pempt.* 641.

In locis cultis, et incultis, etiam ad vias remotas ipsa ab Vrbe.

FLORIBVS RADIATIS RADIO REVOLVTO.

1625. SENECIO (*viscosus vulgo* Erigero, e Senescio volgare, e che puzza) corollis revolutis, foliis pinnatifidis, viscidis, squamis calycinis laxis, longitudine perianthii. *Flor. Svec.* 2. 749.

Senecio foliis pinnatifidis sessilibus, laciniis angulosis, superioribus latioribus, florum radiis disco brevioribus. *Roy. Lugbd.* 142. *Dalib. Paris.* 258.

Senecio hirsutus, viscidus, graveolens. *Dill. Elth.* 347. *t.* 258. *f.* 336.

Senecio incanus, pinguis. *C. B. P.* 131.

Pluribus in locis, etiam in pagis, et urbibus etc.

1626. SENECIO (*sylvaticus vulgo* Erigero, e Senescio, con foglia grande biancheggiante, *et etiam* Giacobea con foglia bianca di Erigero) corollis revolutis, foliis pinnatifidis, denticulatis, caule corymboso, erecto. *Lin. Sp. Pl.* 13. *p.* 1217.

Senecio foliis pinnatifidis denticulatis, florum radiis revolutis linearibus. *Flor. Svec.* 689. 748. *Dalib. Paris.* 258.

Senecio minor, latiore folio, sive montanus. *C.B.P.* 131. *Dill. Elth.* 258. *t.* 258. *f.* 337.

Jacobaea Senecionis folio incano, perennis. *Rai. Hist.* 285. *Hall. Jen.* 177. *t.* 4.

Ad Faiolam, et ad sylvam Palocchio etc.

1627. SENECIO (*Nebrodensis*) corollis recurvatis, foliis lyratis, sinuatis, obtusis, petiolatis, caule hirsuto. *Sp. Pl.* 14. 1217.

Jacobaea montana, Senecionis pallido parvo flore. *Barr. Rar.* 1081. *t.* 401.

Jacobaea Nebrodensis altera, oblongo folio, latiori, minus incano, lacerato. *Rai. Suppl.* 179.

Ad Serronem, et Januarium montem.

FLORIBUS RADIATIS RADIO PATENTE FOLIIS PINNATIFIDIS

1628. SENECIO (*crucifolius vulgo* Giacobea grande con frondi bianche di Artemisia) corollis radiantibus, foliis pinnatifidis, dentatis, subhirtis, caule erecto. *Flor. Svec.* 2. 750.

Senecio Scanorensis. *It. Scan.* 225.

Senecio Jacobaea, Selandica, incana. *Lob. Illustr.* 76.

Jacobaea incana altera. *C.B.P.* 131.

Jacobaea Artemisiae folio, radice repente. *Vaill. Act.* 566.

Jacobaea altissima, foliis Erucae, Artemisiae similibus, et aemulis. *Rupp. Ien.* 164.

Jacobaea incana repens. *Barr. Rar.* 1075. *t.* 153.

Ad Cervaram, Lanuvium etc.

1629. SENECIO (*Jacobaea vulgo* Giacobea volgare con frondi laciniate) corollis radiantibus, foliis pinnato-lyratis, laciniis lacinulatis, caule erecto. *Hort. Cliff.* 406. *Roy. Lugbd.* 174. *Dalib. Paris.* 257.

Jacobaea vulgaris laciniata. *C.B.P.* 131.

Herba S. Jacobi. *Fuchs. Hist.* 742.
Jacobaea vulgaris flore nudo. *Rai. Angl.* 1. *p.* 82. *Moris. Hist.* 3. *p.* 108. (*b*)
Jacobaea vulgaris, laciniata, flore discoide. *Vaill. Act.* 1720. *p.* 383.

In campis, et pascuis humentibus.

FLORIBVS RADIATIS RADIO PATENTE
FOLIIS INDIVISIS

1630. SENECIO (*paludosus vulgo* Coniza palustre con le foglie serrate) corollis radiantibus, foliis ensiformibus acute serratis, subtus subvillosis, caule stricto. *Flor. Svec.* 2. 752.
Senecio foliis integris serratis. *Guett. Stamp.* 2. *p.* 559. *It. Scan.* 396.
Solidago caule simplici, corymbo terminali, foliis subtus tomentosis, flosculis foemineis sedecim. *Flor. Svec.* 686.
Jacobaea foliis longis, integris, et mucronatis. *Moris. Hist.* 3. *p.* 110.
Conyza palustris, serratifolia. *C.B.P.* 266.
Solidago palustris, altissima, incana, et tomentosa, foliis longioribus, serratis. *Amm. Ruth.* 220. *Gmell. Sib.* 2. *p.* 162. (*a*)

In aquosis Asturae, Insulae Sacrae etc.

1631. SENECIO (*nemorensis vulgo* Giacobea con foglie irsute, con fiori disposti in for-

ma di ombrello) corollis radiantibus octonis, foliis lanceolatis, biserratis, subtus villosis, caule ramoso. *Govan. Monsp.* 441.

Senecio foliis ovato-lanceolatis, subtus hirsutis, floribus umbellatis. *Hall. Helv.* 734. *Itin.* 23.

Jacobaea nemorensis; latiore, rigidiore, et hirsuto folio. *Rupp. Ien.* 142.

Solidago foliis lanceolatis, serratis, floralibus ad pedunculum minimis. *Gmel. Sib.* 2 *p.* 165.

In nemoribus, et signanter Portus etc.

1632. SENECIO (*Doria vulgo* Erba Doria, e Verga aurea maggiore) corollis radiantibus, floribus corymbosis, foliis subdecurrentibus, lanceolatis, serratis, superioribus sensim minoribus. *Jacq. Vind.* 155. *Gov. Monsp.* 440.

Solidago caule simplici, corymbo terminali, pedunculis terminalibus nudis, foliolo subjecto brevissimo. *Hort. Cliff.* 410.

Virga aurea major, sive Doria. *C.B. Pin.* 268.

Alisma Monspeliensium, sive Doria. *I.B. Hist.* 2. *p.* 1064.

Ad S. Eliae montes, et ad montem Januarium etc. in nemorosis. Ad Aquam Serenam prope lacum Vadimone etc.

1633. SENECIO (*Saracenicus*) corollis radiantibus, floribus corymbosis, foliis lanceolatis serratis glabriusculis. *Hort. Ups.* 266. *Govan. Monsp.* 441.

Senecio foliis lanceolatis serratis, floralibus pedunculos aequantibus. *Vir. Cliff.* 84. *Roy. Lugbd.* 103. *Gort. Gelr.* 481.

Solidago caule simplici, corymbo terminali, pedunculis partialibus alternis nudis, longitudine folii. *Hort. Cliff.* 410.

Solidago Saracenica. *Fuchs. Hist.* 728.

Virga aurea angustifolia serrata. *C.B.P.* 268.

Jacobaea, subrotundo, minus laciniato folio. *C. B. P.* 131.

Ad Cervaram, Montem Flavium etc.

ASTER

HERBACEI INTEGRIFOLII PEDUNCULIS NUDIS

1634. ASTER (*Tripolium vulgo* Tripolio marittimo con foglie polpute, e fiori turchini, ed Astero marittimo con fiori turchini) foliis lanceolatis, integerrimis, carnosis, glabris, ramis inaequalis, floribus corymbosis. *Roy. Lugbd.* 168. *Flor. Svec.* 697. 753. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 187. *t.* 80. *f.* 2.

Aster maritimus Tripolium dictus. *Rài. Hist.* 270. *Hort. Cliff.* 408.

Tripolium majus caeruleum, *C. B. P.* 267.

Tripolium. *Dod. Pempt.* 379.

Ad nostri Mediterranei litora ec.

1635. ASTER (*Amellus vulgo* Aster Attico con fiori turchini, e frondi scabrose) foliis

lanceolatis, obtusis, scabris, trinerviis, integris, pedunculis nudiusculis corymbosis, squamis calycinis obtusis. *Govan. Monsp.* 442.

Aster foliis lanceolatis, scabris, semiamplexicaulibus, subserratis, calycibus laxis, squamis lanceolatis. *Hort. Cliff.* 407. *Roy. Lugbd.* 168. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 185.

Aster Atticus caeruleus vulgaris. *C.B.P.* 267.

Aster Atticus. *Dod. Pempt.* 266.

Aster VIII. Italorum, Fuchsii. *Clus. Hist.* 2. *p.* 16.

Amellus Virgilii. *Calceol. Veron.* 8.

Ad colles Cervarae, Alfiani etc.

1636. ASTER foliis lanceolatis hirtis, radicalibus obtusis, caule simplicissimo unifloro. *Gov. Monsp.* 442.

Aster montanus caeruleus magno flore, foliis oblongis. *C.B.P.* 267.

Aster hirsutus Austriacus, caeruleus, magno flore, foliis subrotundis. *C.B.P.* 267. (*a*)

In montibus Nursiae, signanter ubi rapae fuerint satae. Biennis.

1637. ASTER foliis sagittatis semiamplexicaulibus integerrimis lucidis squarrosis, floribus in centro luteis, in corona rubris.

Ad villam Madama. Perennis.

SOLIDAGO.

1638. SOLIDAGO (*Virga aurea vulgo* Virgaurea con frondi grandi dentate, e volgare) caule subflexuoso, angulato, racemis paniculatis, erectis, confertis, *Lin. Spec. Pl.* 9. *p.* 1235.

Solidago caule erecto, racemis alternis, erectis. *Hort. Cliff.* 409. *Roy. Lugbd.* 161. *Hall. Helv.* 729. *Dalib. Paris.* 256. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 154.

Solidago floribus per caulem simplicem undique sparsis. *Fl. Lapp.* 306.

Virga aurea vulgaris, latifolia. *I.B.H.* 2. *p.* 162.

Virga aurea latifolia, serrata. *C.B.P.* 268.

Ad montem Flaviom, Januarium, Fajolam etc. Roborans, et detergens.

1639. SOLIDAGO floribus paniculatis, foliis linearibus, caule dichotomo. Biennis.

Flumicini in campis humidis, et ad campum salinum.

INVLA.

1640. INVLA foliis amplexicaulibus ovatis rugosis subtus tomentosis, calycum squamis ovatis. *Sp. Pl.* 1236.

In pratis della Cervelletta, extra januam S. Laurentii.

1641. INVLA (*bifrons vulgo* Coniza viscosa, di frondi grandi, e che odora) foliis oblongis decurrentibus, denticulatis, floribus con-

gestis, terminalibus, subsessilibus. *Lin.Spec. Pl.*3. *p.* 1236.

Conyza pyrenaica, foliis Primulae veris. *Herm. Parad.* 127.

Conyza latifolia, viscosa, suaveolens, flore aureo, e Galloprovincia. *Garid. Aix.* 125. *t.* 23.

Conyza praealta, caule alato, odorata. *Bocc. Mus.* 1. *pag.* 168. *t.* 121. *Rai. Suppl.* 153.

Ad montem Flavium etc.

1642. INVLA (*odora vulgo* Aster con fiori gialli, e con la radice che odora) foliis amplexicaulibus, dentatis, hirsutissimis, radicalibus ovatis; caulinis lanceolatis, caule parvifloro. *Lin. Spec. Pl.* 4. 1236.

Aster luteus, radice odora. *C. B. P.* 266.

Asteris altera species Apula. *Col. Ecphr.* 1. *p.* 251. *t.* 253.

Conyza altera Apula. *Moris. Hist.* 3. *p.* 113. *s.* 7. *t.* 21. *f.* 6.

Ad Pedium, Boviatum, in pascuis super collibus Farnesianis etc. Perennis.

1643. INVLA (*dysenterica*) foliis amplexicaulibus, cordato-oblongis, subtomentosis, caule villoso, paniculato, squamis calycinis setaceis. *Amoen. Acad.* 1. *pag.* 410. *Sauv. Monsp.* 85.

Aster foliis semiamplexicaulibus oblongis, caule paniculato hirsuto, floribus latis, squamis calycinis setaceis. *Flor. Svec* 694. 757. *Guett. Stamp.* 2. *p* 355. *Dalib. Paris.* 260. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 180.

Aster pratensis autumnalis, Conyzae folio. *It. Gotl.* 273.

Conyza media, Asteris flore luteo, sive tertia Dioscoridis. *C. B. P.* 265.

Conyza 1. *Tabern. Hist.* 1243.

Calaminthae tertium genus. *Fuchs. Hist.* 436.

In locis humidiusculis habitat etc.

1644. INVLA (*pulicaria vulgo* Coniza maggiore, con li fiori globosi) foliis amplexicaulibus, undulatis, caule prostrato, floribus subglobosis. *Lin. Spec. Pl.* 9. *p.* 1238.

Erigeron foliis undulatis amplexicaulibus. *Flor. Svec.* 693. 758.

Conyza ramis secundum flores gradatim enascentibus, foliis lanceolatis, obtusis. *Hort. Cliff.* 405.

Conyza major, flore globoso. *C. B. P.* 266.

Conyza minima. *Dod. Pempt.* 52.

Helenium (Coniza acquatica con le frondi riccie, e con li soli flosculi) palustre annuum, Hyssopi foliis crispis. *Vaill. Act.* 575. (*b*)

Aster palustris fruticosus, minimus. *Barr. Ic.* 369.

Conyza minor, exotica. *C. B. Pin.* 265.

Conyza minor Hispanica ex oris Gaditanis. *Pluk. Mant.* 56. *t.* 384 *f.* 2.

Conyza media lacustris, crispa, flore nullatenus radiato. *Rai. Suppl.* 152.

Ad vias remotas humentes, etiam extra Vrbem etc.

1645. INVLA (*spiracifolia vulgo* Coniza mezzana con più fiori) foliis subsessilibus ovato-oblongis, nudis, reticulatis, sessilibus, serrulatis, confertis, floribus terminalibus. *Lin. Spec. Pl.* 10. *p.* 1238.

Conyza media Monspeliensi affinis, multiflora. *I. B. Hist.* 2. *p.* 1049.

Ad Cervaram, et Fajolam etc.

1646. INVLA (*Salicina vulgo* Aster con fiori gialli, le frondi di Salcio ed erba Bubonia) foliis sessilibus lanceolatis, recurvis, serrato-scabris, floribus inferioribus altioribus, ramis subangulatis glabris. *Amoen. Acad.* 1. *p.* 410. *Sauv. Monsp.* 86.

Aster foliis lanceolatis amplexicaulibus, serrato-ciliatis, glabris, acuminatis, recurvis, floribus solitariis, caule striato. *Flor. Svec.* 696. 759. *Dalib. Paris.* 259. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 177. *t.* 67.

Aster montanus luteus, Salicis glabro folio. *C. B. P.* 266.

Bubonium luteum 1. *Tabern. Hist.* 716.

Ad prata uliginosa Vlubrae, Ceccani etc.

1647. INVLA (*squarrosa*) foliis ovalibus laevibus, reticulato-venosis, subcrenatis, calycibus squarrosis. *Sp. Pl.* 14. *p.* 1240.

Aster Conyzoides, odoratus, luteus. *Tour. I. R. H.* 483.

Aster luteus, latifolius, glaber, foliis rigidis, et minutissime crenatis. *Pluk. Alm.* 37. *t.* 16. *f.* 1.

Ad Alfianum, Digentiam etc.

1648. INVLA (*Crithmoides vulgo* Finocchio marino) foliis linearibus carnosis, tricuspidatis. *Govan. Monsp.* 445.

Aster flore terminali, foliis linearibus tricuspidatis. *Hort. Cliff.* 409. *Roy. Lugbd.* 168. *Guett. Stamp.* 2. *p* 464.

Crithmum maritimum colore Asteris Attici. *C. B. P.* 288.

Crithmum Chrysanthemum. *Dod. Pempt.* 706.

In Mediterranei maritimis.

CINERARIA.

1649. CINERARIA (*palustris vulgo* Giacobea acquatica con le frondi più laciniate) floribus corymbosis, foliis latolanceolatis, dentato-sinuatis, caule villoso. *Lin. Spec. Pl.* 6. *p.* 1243.

Othonna palustris. *Flor. Svec.* 687. 778. *It. Scan.* 241. 95.

Solidago foliis inferioribus lanceolatis serrato-sinuatis, superioribus integris amplexicaulibus. *Hort. Cliff.* 410. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 158. *t.* 72.

Jacobaea aquatica elatior, foliis magis dissectis. *Moris. Hist.* 3. *p.* 116.

Conyza aquatica, laciniata. *C. B. P.* 266.

Ad Asturam et Nympham etc.

1650. CINERARIA (*maritima vulgo* Giacobea marittima, *et etiam* Cenneraria) floribus paniculatis, foliis pinnatifidis, tomentosis, laciniis sinuatis, caule frutescente. *Lin. Spec. Pl.* 9. *p.* 1244.

Othonna 2. *Hort. Vpsal.* 273.

Solidago foliis pinnatifidis laciniis sinuatis, corymbis racemosis, *Hort. Cliff.* 140. *Gron. Orient.* 277.

Jacobaea maritima. *C. B. P.* 131.

Cineraria. *Dod. Pempt.* 642.

Ad litora maris Mediterranei etc.

1651. CINERARIA (*Canadensis vulgo* Giacobea marittima, e Cenneraria con foglie grandi) floribus paniculatis, foliis pinnatifidis subvillosis, laciniis sinuatis, caule herbaceo. *Lin. Spec. Pl.* 10. *p.* 1244.

Jacobaea maritima, sive Cineraria latifolia. *C. B. P.* 131. *Prodr.* 69.

In maritimis Tyrrheni. Vulneraria, consolidans.

DORONICVM.

1652. DORONICVM foliis cordatis obtusis denticulatis, radicalibus petiolatis, caulinis amplexicaulibus. *Gov. Monsp.* 446. In ambitu profunde crenatis.

Doronicum foliis cordatis denticulatis, caule ramoso. *Hort. Cliff.* 411.

Doronicum foliis cordatis, in ambitu sinuatis amplexicaulibus, radicalibus vero pedunculatis *(a)*.

Doronicum radice Scorpii. *C. B. P.* 184.

Super collibus Reate, montibus Nursiae, et etiam alibi. Perenne.

1653. DORONICVM foliis caulinis oppositis, ovatolanceolatis, integerrimis.

Doronicum Plantaginis folio, alterum. *C.B.P.* 185.

Super montibus Nursiae etc. Perenne.

1654. DORONICVM foliis ovatis acutis subdentatis, ramis alternis. *Hort. Cliff.* 411.

Doronicum Plantaginis folio. *C. B. P.* 184.

Prope montem Monaco etc. Perenne.

1655. DORONICVM (*Bellidiastrum vulgo* Bellide alpina, con frondi irsute, e fiori bianchi) scapo nudo simplicissimo, unifloro. *Hort. Cliff.* 500. *Roy. Lugbd.* 160. *Jacq. Vind.* 285.

Bellidiastrum alpinum, foliis brevioribus hirsutis, caule palmari, flore albo. *Mich. Gen.* 32 *t.* 29.

Bellis sylvestris media, caule carens. *C. B. P.* 261.

Bellis media. *Clus. Hist* 2. *p.* 44. *Cam Epit.* 654 *Hall. Opusc.* 174.

In nostris Alpibus. Extra januam Portuensem in via ducente ad vineam Patrum Barnabitarum.

HELENIVM

1656. HELENIVM foliis amplexicaulibus altis, in utroque folii limbo, floribus duobus vel tribus.

Prope Terracinam versus veterem portum. Haec planta lignosa ad septem, vel octo pedes provenit, unico caule, utrinque alato ob limbi foliorum perlongorum, lanceolatorum, lateraliter crenatorum, formaque, quam vocant falpalà, dispositorum, productione. Flosculi centri flavescunt: illi vero coronae atrocaeruleoviolacei sunt.

Calyx, pene hemisphaericus, quando apertus est, exterius squamis latiusculis, aliquanto in summitate reflexis, vestitur. In thalamo nudo resident flosculi monopetali tubulati, ore hiscente, quinque-partiti. Stamina quinque capillaria, brevissima, apice tubulatocylindrico unita. Tuba filiformis, longitudine staminum. Stigmata duo patentia.

Circum thalamum istum foeminei flosculi lingulati, pluris prioribus: linguae vero longiusculae, magnae, lanceolatae, tridentatae; tuba filiformis, stigmatibus duobus longis, revolutis. Utrorumque embryones crescunt in semina longa, verticaliter ovata, pappi coronata.

BELLIS.

1657. BELLIS (*perennis vulgo* Bellide minore salvatica, *et etiam* Fiore di primavera) scapo nudo. *Lin. Spec. Pl.* 1. *p.* 1248.

Bellis scapo nudo, unifloro. *Hort. Cliff.* 418. *Roy. Lugbd.* 177. *Dalib. Paris* 264.

Bellis sylvestris, minor. *C. B. Pin.* 267.

Bellis sylvestris. *Dod. Pempt.* 265.

Bellis (*vulgo* Bellide ortense con fiore doppio) hortensis flore pleno. *C. B. P.* 261. (*b*)

Bellis hortensis flore albo bullato. *Tour. I.R.H.* 491. (*c*)

Bellis hortensis rubra, flore multiplici fistuloso. *Tour. I. R. H.* 491. (*d*)

Bellis hortensis prolifera. (*e*)

Fere in omnibus pratis, et pascuis. (*b*) (*c*) (*d*) (*e*) in hortis coluntur etc.

1658. BELLIS (*annua vulgo* Bellide minima con il gambo foglioso di prato) caule subfolioso. *Govan. Monsp.* 447.

Bellis minima pratensis, caule folioso. *Bocc. Mus.* 2. *p.* 96. *t.* 35.

Bellis maritima, minima, Roris Solis folio, Cyrnea. *Bocc. Mus.* 2. *p.* 149. *t.* 107.

Bellis maritima foliis Agerati. *C. B. P.* 261. *Prodr.* 121. *Burs. XIV.* 70.

Bellis hortensis pediculo folioso. *C. B. P.* 262. *Prodr.* 121.

Bellis minima annua. *Triumf. Obser.* 80. *t.* 80.
Bellis minima, caule folioso, pubescens. *Cup. Cath.*
Bellis Leucanthemum annuum Italicum. *Mich. Gen.* 34.

Ad Travicellam, ad Saccaratam etc. Refrigerans, nitrosa, aperiens, demulcens, et emolliens etc.

CHRYSANTHEMVM
LEVCANTHEMA

1659. CHRYSANTHEMVM (*Leucanthemum vulgo* Bellide maggiore salvatica, con il gambo frondoso) foliis amplexicaulibus oblongis, superne serratis, inferne dentatis. *Hort. Cliff.* 416. *Roy. Lugbd.* 174. *Dalib. Paris.* 261.
Chrysanthemum foliis oblongis serratis. *Flor. Lapp.* 310.
Bellis sylvestris, caule folioso, major. *C.B.P.* 261.
Bellis major. *Fuchs. Hist.* 148. *Cam. Epit.* 635.

Ad Aquam Transversam, ad Fajolam, in hortis, et vineis Vrbis etc. Perennia. Diuretica, vulneraria. In phthisi, asthmate, psora, etc.

1660. CHRYSANTHEMVM foliis cuneiformibus; dentatis, floribus solitariis.

Super moeniis Vrbis etc. Annua.

1661. CHRYSANTHEMVM (*montanum*) foliis imis spatulatolanceolatis serratis, summis linearibus. *Sauv. Monsp.* 87. *Govan. Monsp.* 448.

Leucanthemum montanum minus. *Tour. I. R. H.* 497.

Bellis montana minor. *I. B.* 3. *p.* 115. *Magn. Monsp.* 36.

Ad montes Flavium, et Catillum etc.

1662. CHRYSANTHEMUM (*Monspelliense*) foliis imis palmatis, foliolis linearibus pinnatifidis. *Sauv. Monsp.* 304. *Govan. Monsp.* 448.

Bellis montana major, foliis Chrysanthemi Cretici angustioribus. *Magnol. Monsp.* 306.

Leucanthemum montanum, foliis Chrysanthemi. *Tour. I. R. H.* 492.

Ad montem Alfianum, Cervarum etc.

1663. CHRYSANTHEMVM (*inodorum vulgo* Camomilla senza odore) foliis pinnatis multifidis, caule ramoso diffuso. *Lin. Spec. Pl.* 10. *p.* 1253.

Matricaria inodora, receptaculis hemisphaericis, radiis patentibus, seminibus coronato-marginatis, squamis calycinis margine obsoletis. *Flor. Svec.* 2. 765.

Chamaemelum inodorum, annuum, humilius, foliis obscure virentibus. *Moris. Hist.* 3. *p.* 36. *Ray. Angl.* 3. *p.* 186.

Chamaemelum inodorum, sive Cotula non foetida *I. B. H.* 3. *p.* 120.

In campis, et agris, etiam ad vias remotas intra moenia Vrbis.

CHRYSANTHEMA

1664. CHRYSANTHEMVM (*Myconis vulgo* Crisantemo con foglie larghe, e subrotonde) foliis lingulatis, obtusis, serratis, calycum squamis aequalibus. *Lin. Spec. Pl.* 14. *p.* 1254.

Chrysanthemum Myconis. *Dalech. Hist.* 873. *t.* 873.

Chrysanthemum latifolium. *J. B. H.* 3. *p.* 105.

Bellis lutea, foliis subrotundis. *C. B. Pin.* 262.

In campis, et agris etc.

1665. CHRYSANTHEMVM (*segetum vulgo* Crisantemo volgare di campagna, con foglie tagliate profondamente) foliis amplexicaulibus, superne laciniatis, inferne dentato-serratis. *Hort. Cliff.* 416. *Roy. Lugbd.* 174. *Dalib. Paris.* 261.

Chrysanthemum segetum. *Clus. Hist.* 1. *p.* 334.

Chrysanthemum segetum vulgare, glaucum. *Moris. Hist.* 3. *p.* 15.

Bellis lutea, foliis profunde incisis, major. *C. B. Pin.* 262.

In agris passim invenitur etc.

1666. CHRYSANTHEMVM (*coronarium*) foliis pinnatifidis, incisis, extrorsum latioribus. *Hort. Cliff.* 416. *Hort. Vpsal.* 263. *Roy. Lugbd.* 174.

Chrysanthemum foliis Matricariae. *C. B. P.* 134.
Chrysanthemum majus, folio profundius laciniato, magno flore. *C. B. P.* 134.
Chrysanthemum Creticum. *Clus. Hist.* 1. *p.* 334. *Moris. Hist.* 3. *p.* 16. *s.* 6. *t.* 4. *f.* 2. 3.

Ad Alfianum, et ad Collem Ferrum Herba, et flores in vino cocti, febres intermittentes curant, et sanguinem coagulatum solvunt etc.

MATRICARIA

1667. MATRICARIA (*Parthenium vulgo* Matricaria volgare con fiore sdoppio) foliis compositis planis, foliolis ovatis incisis, pedunculis ramosis. *Hort. Cliff.* 416. *Roy. Lugbd.* 173.
Matricaria vulgaris, sive sativa. *C. B. P.* 133.
Matricaria. *Dod. Pempt.* 35.

In cultis, et incultis, ruderatis etc.

1668. MATRICARIA (*maritima vulgo* Camomilla marittima, con frondi corte, polpute, e di verde oscuro) receptaculis hemisphaericis, foliis bipinnatis subcarnosis, supra convexis, subtus carinatis. *Lin. Spec. Pl.* 2. *p.* 1256.
Chamaemelum maritimum, perenne, humilius, foliis brevioribus, crassis, obscure virentibus. *Ray. Angl.* 3. *p.* 186. *t.* 7. *f.* 1.

Ad litus nostri maris Mediterranei. Virtus consistit in suc

oleo fragranti aromatico valde volatili. Pellit menstrua, et in omnibus virginum morbis conducit.

1669. MATRICARIA (*Chamomilla vulgo* Camomilla volgare, e delle spezierie) receptaculis conicis, radiis patentibus, seminibus nudis, squamis calycinis margine aequalibus. *Flor. Svec.* 702. 764. *Dalib. Paris.* 262.

Matricaria foliis supra decompositis setaceis, pedunculis solitariis. *Hort. Cliff.* 415. *Roy. Lugbd.* 173.

Chamaemelum vulgare, sive Leucanthemum Dioscoridis. *C. B. P.* 135.

Anthemis vulgaris. *Lob. Ic.* 770. *Flor. Lapp.* 309.

In agris cultis, et incultis etc. Summopere aperit, emollit, calefacit, diuresin movet, laxat, discutit. Curat febres aeque ac cortex Peruvianus. Flores praecipue in remediis internis, et externis in usu sunt etc.

1670. MATRICARIA (*suaveolens vulgo* Camomilla, Erba Melappiola) receptaculis conicis, radiis deflexis, seminibus nudis, squamis calycinis margine aequalibus. *Flor. Svec.* 701. 766. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 200.

In hortis in locis umbrosis. Hoc plantae genus pertenue est. Rami a pediculo exili, ac tenero prodeunt: semina vero racemi, seu spicae specie disponuntur. Valde Aspergillo Michaelis analogum est.

FVCVS

DICHOTOMI FRONDESCENTES

2067. FVCVS (*volubilis*) fronde spirali, margine dilatato, repando-dentato. *Linn. Sp. Pl. p.* 1627.

Epalica spiralis, minor. *Ginan. Adriat.* 1. *p.*26. *t.* 27.

Alga spiralis, maritima. *Bocc. Sic.* 70. *t.* 38. *f.* 2.

In nostro Mediterraneo.

RAMOSI FOLIIS DISTINCTIS

2068. FVCVS (*acinarius*) caule tereti ramoso, foliis linearibus integerrimis, fructificationibus globosis pedunculatis. *Lin. Sp. Plant. p.* 1628.

Fucus folliculaceus, Linariae folio. *C.B.P.*365.

Lenticula marina Serapionis. *Lob. Io.*2.*p.*256.

Acinaria Imperati. *Donat. Marin.* 35. *t.* 4. *f.* 1.

In Mediterraneo nostro.

VLVA

2069. Vlva (*intestinalis*) tubulosa, simplex. *Flor. Lapp.*458. *Flor. Sveo.* 1013. 1154. *Hort.*

Cliff. 478. *Roy. Lugbd.* 515. *Gron. Virg.* [illegible]
128.

Tremella marina, tubulosa, intestinorum figura. *Dill. Musc.* 47. *t.* 9 *f.* 7.

Fucus cavus. *C. B. P.* 364.

In nostro Tyrrheno, sive Mediterraneo.

2070. Vlva (*compressa*) tubulosa, ramosa compressa. *It. Gotl.* 262. *Fl. Svec.* 1014. 115[illegible]

Tremella marina, tenuissima, et compressa. *Dill. Musc.* 48. *t.* 9. *f.* 8.

Ad Mediterraneum nostrum.

2071. VLVA (*granulata*) sphaerica, aggregata. *Flor. Svec.* 1016 1160.

Tremella palustris, vesiculis sphaericis fungiformibus. *Dill. Musc.* 55. *t.* 10. *f.* 17.

Ad Ripas nonnullorum fluviorum etc.

CONFERVA

FILAMENTIS SIMPLICIBVS AEQVALIBVS GENICVLIS DESTITVTIS

2072. CONFERVA (*rivalis*) filamentis simplicissimis, aequalibus, longissimis. *Flor. Svec.* 1023. 1161.

Conferva capillaris, simplicissima, enodis. *Roy. Lugbd.* 511. *Guett. Stamp.* 1. *p.* 45.

Conferva fluviatilis, sericea, vulgaris, et fluitans. *Dill. Musc.* 12. *t.* 2. *f.* 2.

Ad nonnullos fluvios, rivulosque pacatiores.

2073. CONFERVA (*fontinalis*) filamentis simplicissimis, aequalibus, digito brevioribus. *Flor. Svec.* 2. 1163.

Conferva minima, Byssi facie. *Dill. Musc.* 14. *t.* 2. *f.* 3.

Ad fontes etc.

FILAMENTIS RAMOSIS AEQVALIBVS

2074. CONFERVA (*bullosa*) filamentis aequalibus, ramosis, bullas aereas includens. *Linn. Spec. Plant. p.* 1634.

Conferva filis ramosis, aequalibus, radicatis. *Flor. Svec.* 1024. 1166.

Conferva palustris, bombycina. *Dill. Musc.* 18. *t.* 3. *f.* 11.

Alga bombycina. *C. B. P.* 363.

Muscus aquaticus, bombycinus, tenuissimis filamentis. *Loes. Pruss.* 173. *t.* 55.

In stagnantibus aquis.

2075. CONFERVA (*canalicularis*) filamentis aequalibus, basin versus ramosioribus. *Flor. Svec.* 2. *n.* 1162.

Conferva rivulorum, capillacea, densissime congestis ramulis. *Dill. Musc.* 21. *t.* 4. *f.* 15.

Alga in tubulis aquam fontanam ducentibus. *C. B. P.* 364.

In rivulis, tubulis, et canalibus aquam ducentibus etc.

FILAMENTIS NODOSIS

2076. CONFERVA (*fluviatilis*) filis simplicissimis, setiformibus, rectis, geniculis crassioribus, angulatis. *Linn. Spec. Pl. p.* 1635.

Conferva filis simplicissimis, setiformibus, rectis, tuberculis sparsis. *Flor. Svec.* 1026. 1168.

Conferva fluvialis, lubrica, setosa, Equiseti facie. *Dill. Musc.* 39. *t.* 7. *f.* 47.

In aliquibus fluviis habitat etc.

2077. CONFERVA (*gelatinosa*) filis ramosis moniliformibus, articulis globosis, gelatinosis. *Flor. Svec.* 2. *n.* 1165.

Conferva fontana nodosa, spermatis ranarum instar lubrica, major, et fusca. *Dill. Musc.* 36 *t.* 7. *f.* 42. *Guett. Stamp.* 1. *p.* 46.

Conferva fontalis, geniculata, lubrica, major E. N. C. *Cent.* 5. 6. *App.* 60. *t.* 13. *f.* 3.

Conferva fontana, nodosa, spermatis ranarum instar lubrica, minor, et viridis. *Dill. Musc.* 37. *t.* 7. *f.* 43.

Corallina pinguis, ramosa, viridis. *Vaill. Paris.* 40. *t.* 7. *f.* 6.

In fontibus aquae clarae etc.

FILAMENTIS GENICVLATIS

2078. CONFERVA (*capillaris*) filis geniculatis simplicibus, articulis alternatim compressis. *Linn. Spec. Pl. p.* 1636.

Conferva filamentis longis, geniculatis, simplicibus. *Dill. Musc.* 25. *t.* 5. *f.* 25.

Conferva fluitans, filamentis geniculatis. *Pluk. Alm.* 113. *t.* 84. *f.* 9. *Moris. Hist.* 3. *p.* 644.

In stagnis, lacubus, fossis, etc.

2079. CONFERVA (*vagabunda*) filamentis geniculatis, flexuosis; ramis, ramulisque brevioribus. *Flor. Svec.* 2. n°. 1177.

Conferva marina trichodes, lanae instar expansa. *Dill. Musc.* 30. *t.* 5. *f.* 32.

In nostro Mediterraneo etc.

2080. CONFERVA (*glomerata*) filamentis geniculatis, ramulis brevioribus multifidis. *Linn. Spec. Plant. p.* 1637.

Conferva fontinalis, ramosissima, glomeratim congesta. *Dill. Musc.* 28. *t.* 5. *f.* 31.

Conferva viridis, capillacea, brevioribus setis; ramosior. Sive Conferva minor, ramosa. *Moris. Hist.* 3. *p.* 644. *s.* 15. *t.* 4. *f.* 2.

Alga fontalis trichodes. *C. B. P.* 364.

In rivulis, et fontibus etc.

BYSSUS

FILAMENTOSAE

2081. BYSSUS (*phosphorea*) lanuginosa, violacea, lignis adnascens. *Dill. Musc.* 4. *t.* 1. *f.* 6. *Flor. Svec.* 1130. 1186.

In lignis putrescentibus.

2082. BYSSUS (*velutina*) filamentosa viridis. *Flor. Svec.* 2. n°. 1183.

Byssus tenerrima, viridis, velutum referens. *Dill. Musc.* 7. *t.* 1. *f.* 14.

Byssus terrestris viridis, herbacea, et mollissima, filamentis ramosis, et non ramosis *Mich. Gen.* 211. *t.* 89. *f.* 5.

In terra vegetat etc.

2083. BYSSUS (*cryptarum*) capillacea, perennis, cinerea, tenax, rupi innata. *Flor Lapp.* 527. *Flor. Svec.* 1127. 1181.

In aliquibus speluncis, et cryptis etc.

PULVERULENTAE

2084. BYSSUS (*antiquitatis*) pulverulenta, atra *It. Gotl.* 298. *Flor. Svec.* 1126. 1180.

In muris antiquissimis etc.

2085. BYSSUS (*saxatilis*) pulverulenta, cinerea, rupes operiens. *Flor. Svec.* 2. n.° 1179.

Fere in saxo omni pluribus in locis, et in tectis Ardeae praecipue S. Marinellae etc. et perennat.

2086. BYSSUS (*candelaris*) pulverulenta, flava, lignis adnascens. *Dill. Musc. t.* 1. *f.* 4 *Flor. Svec.* 2. 1185.

Byssus farinacea, flava. *It. W-goth.* 159. 52

In tectis, et parietibus antiquis humidulis etc.

2087. BYSSUS (*botryoides*) pulverulenta, viridis. *Flor. Svec.* 2. n.° 1187.

Byssus botryoides, saturate virens. *Rai. Angl.* 3. *p.* 5. 6. *Dill. Musc.* 3. *t.* 1. *f.* 5.

In umbrosis, et humidis etc.

2088. BYSSVS (*incana*) pulverulenta, incana, farinae instar strata. *Dill. Musc.* 3. *t.* 1. *f.* 3. *Flor. Svec.* 1131. 1188.

In solo glareoso, ad fossarum latera juxta vias publicas campestres.

2089. BYSSVS (*lactea*) pulverulenta, crustacea, albissima. *Flor. Svec.* 2. n°. 1189.
Byssus candidissima, calcis instar Muscos vestiens. *Dill. Musc.* 2. *t.* 1. *f.* 2.

Vivit in Muscis, et in corticibus arborum etc.

MVCOR

PERENNES

2090. MVCOR perennis, stipite filiformi nigro, capitulo globoso cinereo. *Flor. Svec.* 1120. 1286.

Super lignis, saxis etc.

2091. MVCOR perennis, stipite subulato nigro, capitulo lenticulari cinereo. *Flor. Svec.* 1122. 1287.
Coralloides fungiforme arborum, nigrum, vix crustosum. *Dill. Musc.* 78. *t.* 14. *f.* 3.

Plerumque super Pinorum corticibus.

2092. MVCOR seta nigra, villo fusco. *Sp. Pl.* 1655.

Embolus sera nigra, villo fusco. *Flor. Sveo.* 1136. 1288.

Embolus nigerrimus, villo albo adspersus. *Hall. Helv.* 8. *t.* 1. *f.* 1.

Super lignis putridis.

FVGACES

2093. MVCOR vulgaris, capitulo lucido, per maturitatem nigro, pediculo griseo. *Mich. Gen.* 215. *t.* 95. *f.* 1.

Mucor filamentis granulatis fugacibus putrescentibus innatis. *Flor. Lapp.* 534.

Muscedo capitulo diaphano, deinde viridi, et postremo nigro. *Malp. Veg. t.* 25. *f.* 108. *p.* 2.

Super multis fracidis corporibus uti etiam super pane humectato etc.

2094. MVCOR setaceus, seminibus radicalibus. *Sp. Pl.* 1656.

Aspergillus cespitosus densissimus, initio niveus, deinde aureus, seminibus ovatis. *Mich. Gen.* 213. *t.* 91. *f* 5.

In vacuorum saxorum rimis etc.

2095. MVCOR stipatus, capitulo subrotundo, aggregato. *Sp. Pl.* 1656.

Aspergillus capitatus, capitulo glauco, seminibus rotundis. *Mich. Gen.* 212. *t.* 91. *f.* 1.

Super Cucurbitis, Melonibus, aliisve fructibus corruptis.

2096. MVCOR crustaceus, albus, capitulis, setisque aqueis. *Flor. Sv.* 1118. 1283.

Byssus filamentosa, fugax, alba, putrescentibus innata. *Flor. Lapp.* 533.

Botrytis non ramosa, alba, seminibus rotundis. *Mich.Gen.* 212. *t.* 91. *f.* 3.

In cibis corruptis.

2097. MVCOR stipite ramoso, spicis ternatis. *Sp. Pl.* 1656.

Aspergillus albus tenuissimus, Graminis dactyloidis facie, seminibus rotundis. *Mich. Gen.* 213. *t.* 9. *f.* 3.

In rebus fracidis etc.

Mucor massa mucilaginea est, quae super corporibus tam animalium, quam etiam plantarum vegetat. Ejus autem semina quibusdam filamentis adhaerent. Nota, Mucilaginem Michaelis cortice exteriori arido, et furfuraceo obtegi, atque in medio ejus semina esse. Mucor vero ipsius Michaelis planta sphaerica est, quae aliquando pedunculo instruitur, interdum destituitur: ubi autem inordinate rumpatur, sua semina projicit. Denique Mucor Haller species Mucilaginis capitatae simul unit.

CRYPTOGAMIA FVNGI

(a) Cogitanti mihi aliquod de Fungis specimen in lucem edere, omnia ipsorum genera, varietatesque innumerae, in nostro Ro-

---

(a) *Cum Auctor noster, in classi* **XXIV.** **Cryptogamiae**, *ordines Filicum, Muscorum, et Algarum Linnaeana methodo prosecutus fuisset, ad Fungos denique accedens, aliam viam ingressus est. Hunc tractatum, quem edimus, ipsemet codici suo Linnaeano, editioni parato, adjunxit. Jam vero fere parallelus est Descriptioni Fun-*

mano Agro vegetantes, sese obtulerunt. Verum insignes, doctissimos-
que respiciens libros de hac materia late non minus, quam abunde
tractantes, superfluum profecto duxi de iis, quae jam fuse calamo
discussa fuerunt, novam texere historiam. Hinc caeteris praetermis-
sis Fungis, circa illos tantum sermonem perstringam, qui vena-
les sunt, et in cibi usum admittuntur. Saepe saepius enim accidit, ut ho-
mines avidae, inconsultissimaeque personae, absque necessaria adverten-
tia, Fungis vescantur, et propter veneficam eorum speciem, vel pro-
pter singulas non adhibitas diligentias, gravissimis afficiantur doloribus,
et non raro etiam diro infortunio moriantur. Et quoniam clariorem,
ac magis proficuam in hac descriptione sequi non possum methodum,
quam servatam a celeberrimo Petro Antonio Michaeli, quippe qui na-
turali systemate figuram externam coloremque significans, magnam af-
facilitate ad eos distinguendos, et inter se tuto discernendos confi-
cit, idcirco tam praeclari, tamque benemeriti de literaria republica
viri semitam insectans, nobilissimam hanc regni vegetabilis partem,
majori, qua fieri poterit, distinctione, decorabo. Porro in assignan-
do ipsorum characteres, proprietates enucleando, easdem usurpabo
descriptiones, quas laudatus auctor, quia exprimentes sunt, rerum
apprime consentaneas semper agnovi. Hisce descriptionibus, aliis in-
super addam emeritissimi alterius Botanici definitiones, quae simul
junctae quamcumque aequivocationem, confusionemque dispellere
confido: quod quidem commodum minime haberetur, si, despecta me-
moria illustrium anteacti temporis virorum, eorumque neglectis ve-
reis systematibus, nova, et inaudita, marte nostro, uti plerique no-
vatores factitare solent, construerentur. Nudam jejunamque, quod
admodum initio monui, profero descriptionem. Etenim nil aliud in
animo mihi est, quam ut sub uno, eodemque satis brevi adspectu,
Fungorum venalium, atque inter mensarum solatia positorum, na-
turam, proprietatesque ad communem utilitatem, instructionemque
demonstrem. Qui autem fusiorem, atque uberiorem de hisce habere
cupiat notitiam, adeat saepe laudatum Petrum A. Michaeli, qui pu-

*gorum Edulium, quam italico sermone exaraverat, et tabulis, prae-
cipuas descriptorum Fungorum icones referentibus, ornaverat, quae
adhuc penes editorem extat.*

nera omnia, speciesque Fungorum in variis Italiae regionibus vegetantium, pluribus de more suo, et profunda cum scientia, pertractata, legentibus exponit etc.

AGARICVM ORDO I.

Agaricum est plantae genus, cujus notae pendent praecipue a forma earumdem specierum. Hujusmodi species, vel duplici substantia, vel simplici parte constant. Ex his quaedam inferne sunt porosae, aliae pectinatae, aliae lamellatae, et aliae laeves. Flores harum sunt apetali monostremones, idest unico filamento etc. Sunt plantae simplicissimae, plerumque carnosae, anomalae, seu irregulares etc.

Agarica esculenta duplici substantia constant. Pars inferior est a superiori facile separabilis, et innumeris cylindraceis angustissimis, et in ore marginatis tubulis inter se segregabilibus composita, in quibus continentur ovata, et minutissima semina. Mich. N. Pl. Gen. p. 117. Tab. 60.

2098. AGARICVM (*vulgo* Lingua di Castagno rossa buona, *et etiam* Fegato di Castagno) esculentum, Castaneae adnascens, latissimum, hepatis facie, superne ex rubro ferrugineum, interne sanguineum, subtus ochroleucum. *Tab.* 60. *Mich.*

Fungus latus sanguinei coloris. *C. B. Pin.* 371.

Fungus iecorinus, praetestatus, sanguineus, cristatus. *Bocc. Mus. Part.* 1. *Tab.* 305.

Lingua in caudicibus Castanearum. *Caesalp.* 619.

An Fungus arboreus, rubens, carnosus, hepatis facie. *Raii. Synop. Ed.* 2. *App.* 340. *et Edit.* 3. 23. *num.* 12. ?

Vere et autumno provenit ad Castaneta ubique. Venale est.

AGARICVM ORDO II.

Agarica simplici substantia, quorum inferior pars, modo late, modo anguste, et varie perforata, in cujus foraminulis adhaerent semina. M. N. Pl. Gen. pag. 119. Tab. 61.

2099. AGARICVM caespitosum, maximum, esculentum, Abietibus adnascens, superne rufescens, et veluti filamentosum, inferne album, varie et argute perforatum.

Autumni tempore. In apenninis.

2100. AGARICVM (*vulgo* Lingua di Moro buona a tingere, e a mangiare) esculentum, Celsis, seu Moris adnascens, luteum, tinctorium, superne villosum, inferne subasperum, altius perforatum, foraminulis angustis, et ore inaequalibus. *M. N. Pl. G.* 120. An Fungus arboreus, villosus, coloris ochrae, tinctorius. *I. B.* 3. 840.?

Forte V. Gen. esculentorum Fungorum 1. species. *Clus. Hist.* 265.

Non solum ad usum inservit; sed ad pannos lineos colore splendide luteo tingendos. In Celsis, seu Moris autumnali tempore etc.

2101. AGARICVM (Fungo in forma di ventaglio, bianco, e buono: ne nascono per lo più molti insieme, e al di sotto è forato in forma di un favo di miele) esculentum, candidum, flabelli-forme, multiplex, pediculo donatum, et favi modo am-

ple perforatum. *Mich. N. Pl. G. p.* 120. *Tab.* 61. *f.* 2.

Initio Iunii.

AGARICVM ORDO III.

Agarica singulari substantia, quorum semina adhaerent superficiei denticulorum, vel teretum, vel planorum. M. N. Pl. G. p. 122. Tab. 64.

2102. AGARICVM (Fungo Istrice) esculentum album, clavae effigie, aculeis longis, innoxiis, munitum. *Tab.* 64. *fig.* 1.

Coralloides hystricis forma. *In. R. H.* 565.

Fungus Erinaceus, albus, esculentus, in sylvis Tusculanis. *Bocc. Mus. Part.* 1. *Tab.* 307.

In nemoribus etc. alla Fajòla.

2103. AGARICVM esculentum, album, caespitosum, multifidum, et denticulatum denticulis asperis. *P. A. M. N. P. G. p.* 122. *Tab.* 64. *fig.* 2.

Agaricus multifidus, et denticulatus. *I. R. H.* 562.

Fungus muscosus, albus, villis pallentibus, rufuformis. *Bocc. Mus. Part.* 1. *Tab.* 303.

Octobri mense. Ad Moros, et Ilices.

AGARICVM ORDO IV.

Agarica singulari substantia, inferna parte in laminas tenuissimas dissecta, ac distributa, super quas, ut in fungis lamellatis, reperiuntur flores, et semina. P. A. M. N. Pl. G. pag. 122. Tab. 65.

2104. AGARICVM (*vulgo* Gelone, e Cardella) esculentum, squamosum, glabrum, superne obscurum, inferne subalbidum, et lamellatum. *P. A. M. N. P. G. pag.* 122.

An Agaricus praecox, albo-gilvus, cristatus. *I. R. H.* 562.?

Ad arborum radices nascitur.

SVILLVS

Plantae simplicissimae, carnosae, regulares, floribus apetalis monostremonibus, seu unico filamento constantibus, a semine separatis. P. A. M. N. Pl. Ge. pag. 126. Tab. 68. et 69.

Svillus est plantae genus capitatum duabus partibus constans, capitulo, et pediculo, capitulo in sua perfectione, ut plurimum hemisphaerico, idest superne convexo, inferne vero plano, vel paululum fornicato: cujus centrum pediculo insidet, idcirco totum corpus umbraculi imaginem adamussim repraesentat. Pars inferior hujusce capituli, a superiore separabilis, et innumeris, et cylindricis tubulis inter se segregabilibus composita. In quorumcumque tubulorum ore, et in suprema pediculi parte dum capitulum expandit, reperiuntur flores, qui sunt apetali, monostremones, seu unico filamento constantes, steriles, et nudi, scilicet calyce, pistillo, atque staminibus destituti. Eorumdem tuborum caritati adhaerent semina quemadmodum microscopium ad literam melius demonstrat etc.

SVILLI VNICOLORES LVTEI

2105. SVILLVS (Porcino grasso) esculentus, crassus totus pallidus.

In sylvis.

BICOLORES ALBI ET PALLIDI

2106. SVILLVS (Porcino grasso di due colori) esculentus, crassus, albus, subtus pallidus, pediculo ventricoso, pariter albo.

Provenit ut supra.

SVLPHVREI ET ACHATAE SEV SVAVE
RVBENTIS COLORIS.

2107. SVILLVS (Porcino Zolfino, di Abetina, colla parte di sotto del capello di colore rosso bello d' Agata) esculentus alpinus, crassus, desuper sulphureus, cute lacera, quasi hirsuta, inferne Achatae dilutissimo rubore praeditus, pediculo ventricoso, supernae pileoli parti concolore.

In sylvis etc.

LVTEI ET RVBRI

2108. SVILLVS (Porcino buono) esculentus crassus, superne sordide rubens, vel ex rubro ferrugineus, inferne dilute luteus.

Pluribus in locis, et interdum autumni tempore rustici hunc nudinantur.

RVBRI FERRVGINEI ET ALBIDI

2109. SVILLVS (Pinarello buono di gambo rigato) esculentus, crassus, superne ex rubro ferrugineus, inferne albidus, pediculo concolore, rimoso, vel striato.

Octobri atque Novembri in montosis pinetis.

FVLVI ET FLAVI

2110. SVILLVS (Porcino buono, colore di foglia morta, o leonata) esculentus, crassus, superne flavus, inferne initio albidus, deinde e flavo subvirescens, pediculo ventri-

coso, et supernae pilei parti concolore *M. p.* 127.

Fungus Svillus esculentus. *Caesalp.* 617.

An Fungus porosus, magnus, nostras. *Ra Hist.* 100.?

Ad Fajolam, et aliis sylvas, Vere, et autumno in fen stris venduntur.

2111. SVILLVS (Porcino col cappello di s pra di colore leonato bello, e al di so limonato) esculentus, superne pulchre f vus, inferne citrinus, et subtilissime pe foratus, pediculo concolore. *P. A. M. Pl. Ge. p.* 128. *Tab.* 68. *f.* 1.

OBSCVRI ET FLAVI

2112. SVILLVS (Porcino scuro buono) esc lentus, crassus, superne obscurus, infen initio albus, deinde ex flavo sordide v rescens, pediculo ventricoso, et superm pileoli parti concolore.

In sylvis fere ubique, et in foris venditur.

TRICOLORES ALBI LVTEI ET RVBRI

2113 SVILLVS (Porcino con il gambo lu go) esculentus, montanus, crassus, pile lo desuper ex rubro ferrugineo, inferne a bido, pediculo longiore, albo, punctis ru bris distincto.

An Fungus Aurantius, pediculo longo. *Sterb. Theatr. Fung.* 118. *Tab.* 15. ?

In castanetis autumnali tempore.

ALBI LVTEI ET OBSCVRI

1114. SVILLVS (Pinarello buono di gambo corto, sottile) esculentus, crassus, viscidus, superne obscurus, inferne subluteus, pediculo brevi, tenui, concolore, punctis, et lituris rubris notato. *Mich. N. P. G. p.* 128. *Tab.* 69. *Fig.* 1.

Novembris et Decembris mensibus.

FVLVI LVTEI ET RVBRI

1115. SVILLVS (Pinarello di colore di foglia morta, e con il gambo giallo puntato di rosso) esculentus, viscidus, crassus, superne fulvus, inferne luteus, pediculo subinitium albo, deinde ejusdem coloris, punctulis, et lituris rubris notato.

In autumno.

EX OBSCVRO FVLVI LVTEI ET LVTEORVBENTES

2116. SVILLVS (Pinarello maggiore di gambo grosso) esculentus crassus, magnus, vernus, pileolo supina parte fulvo, prona luteo, pediculo crassiore, concolore, punctis, et lituris rubris notato. *M. N. P. G. p.* 129. *Tab.* 69. *f.* 2.

Martio mense.

2117. SVILLVS (Porcino bastardo buono) esculentus, crassus, superne fulvus, et nonnihil hirsutus, interne, et inferne luteus, pediculo ex fulvo subrubente.

In Octobris mense.

POLYPORVS

Polyporus est plantae genus, ut Svillus, sed capitulo in binas partes, ut ille non dividitur. Nam pars superior non est separabilis ab inferiore, et non ex fistulis solutis composita, sed instar cribri, aut apium favi dumtaxat perforata, in cujus foraminulorum ore reperiuntur flores, et semina. P. A. M. N. Pl. Gen. p. 129. Tab. 70. et 71.

BICOLORES ALBI ET OBSCVRI

2118. POLYPORVS (Fungo crivello) esculentus, parvus, pileolo desuper obscuro, inferne tenuissime poroso, et albo pediculo, supernae pileoli parti concolore. *Idem. Tab.* 70. *f.* 3.

Autumni tempore.

ALBI ET GRISEI

2119. POLYPORVS (Fungo crivello bianco, Fungo carbonaro) esculentus parvus, et habitior, ex griseo et obscuro nigricans, inferne albus, et tenuissime porosus, pediculo cum superna pileoli parte ejusdem coloris. *M. N. P. G. p.* 131. *Tab.* 70. *f.* 2.

Octobri mense.

BICOLORES ALBI ET RVFI

2120. POLYPORVS (Fungo dalla pietra fun-

gaja) esculentus ex ingenti, perenni, et tuberosa radice in singulos menses plerumque nascens, superne rufescens, inferne simul cum pediculo albus. *Mich. N. Pl. G. p.* 131. *Tab.* 71. *f.* 1.

Fungus in saxis proveniens. *C. B. P.* 372.

Fungus supra lapides. *I. B. Hist.* 836.

Fungus in lapide fungoso Neapoli. *Caesal. p.* 618.

Fungus Lyncurius Fierae in Coena. 47. *et* 57.

Tuberaster fungos ferens. *Bocc. Mus. Part.* 1. 293. *Tab.* 300.

In Pontificiae ditionis finibus variis in locis.

ERINACEI

Erinaceus est plantae genus ut Polyporus, sed inferiore capituli parte in teretes, et longos denticulos dissectae, ac distributae, super quos adhaerent rotunda, et subrotunda semina. Mich. N. P. G. pag. 132. Tab. 72.

ERINACEI VNICOLORES ALBI

2121. ERINACEVS (Dentato buono) esculentus, albus, crassus. *Tab.* 72. *f.* 2.

An Fungus pene candidus, prona parte Erinaceus. *I. B.* 3. 828.?

In sylvis mensibus Octobris, et Novembris.

LVTEI

2122. ERINACEVS (Dentato buono giallo) esculentus pallide luteus. *M. Tab.* 72. *f.* 3.

Erinaceus coloris pallide lutei. *Dill. Cat. Giss.* 188.

Fungus pulvinatus buxei fere coloris, volam manus exaequans, inferne multis appendiculis linguae vitulinae instar exasperatus, nullo succo turgens. *Flor. Altdorf.*

Ibi ut supra vivit.

FVLGINOSI ET CINEREI

2123 ERINACEVS (Fungo dentato colore di fuligine) esculentus, pileolo superne veluti squamoso, et fuliginoso, inferne cinereo pediculo cum superna pileoli parte ejusdem coloris.

Fungus esculentus echinatus, pileolo superna parte squamoso, et fuliginoso. *Breyn. ex. lib. dep. ejusd. Cl. Viri.*

FVNGVS

Fungus est plantae genus tribus antecedentibus generibus simile, sed ejus inferior pars capituli in laminas tenuissimas, ac plus minus spissas dissecta, ac distributa, in margine harum vegetant flores apetali, et semina. Mich. N. P. G. pag. 133. Tab. 74. et 76.

Nomine simplicium Fungorum illos intelligimus, quorum ex una radice unus tantum progignitur, qui quidem vel simplex est. P. A. M. N. P. G. Tab. 73. vel ramosus. Tab. 79. f. 3.

Pro anulo, sive corolla accipimus membranam illam, quae in multis Fungorum speciebus medium, vel pene summum pediculum circumcingit. Tab. 75. et Tab. 78. et pileoli peripheriae Tab. 77. 78. antequam ille deiscat, adhaeret. Haec Corolla in aliquibus permanet; in aliis fugax est etc.

Involucri nomine Fungorum matricem, seu seminale integumentum intelligimus, nempe ab ipso exeunt Fungi, ut pullus ab ovo etc.

FVNGI VNICOLORES ALBI

2124 FVNGVS (*vulgo* Gallinaccio bianco) esculentus, acris, non lactescens, albus, pileolo turbinato, ad oras angulato, et subtus repando. *M. N. P. G. pag.* 143. *Tab.* 77. *fig.* 2. *et Tab.* 78. *fig.* 4. 5.

An Auricula Leporis alba. *Sterb. Theat. Fung.* 119. *Tab.* 15.?

In sylvis vere et autumno.

LVTEI

2125 FVNGVS (*vulgo* Gallinaccio giallo ordinario) esculentus, acris, pulchre croceus, pileolo turbinato, ad oras angulato, et subtus repando. *M. pag.* 143.

Gallinacei subcrocei coloris, figura auriculae. *Caesalp.* 619.

In sylvis, ut supra, eodem tempore.

NEQVE LACTESCENTES NEQVE ACRES

VNICOLORES ALBI

2126. FVNGVS (Fungo biancone) esculentus totus albus, pileolo ampliore, pediculo brevi.

Autumni tempore, in sylvosis.

2127. FVNGVS (Fungo tozzolo) esculentus, totus albus, pileolo plano, pediculo breviore.

An Fungus magnus, totus albus, sine lacteo succo, edulis. *I. B. H.* 826.?

In sylvis tempore eodem viget.

2128. FVNGVS (Fungo mulinaro) esculentus, albus, pileolo plano, viscidus, lamellis crispis. *M. p.* 145.

In sylvis.

2129. FVNGVS (*vulgo* Cappellone bianco) albus, esculentus, pileolo ampliori fornicato, atque in medio paulisper umbilicato, cute lacera, veluti squamosa, pediculo tenuiori brevissimo.

In quercuum caudicibus in sylvis, Iunio mense.

LEVCOPHAEI GRISEI CINEREI MVRINI

2130. FVNGVS (Fungo bigio) esculentus, saturo-cinereus, vel murini domestici coloris, farinam recenter molitam redolens, pediculo crassiore,

Autumno toto viget.

LVTEI PALLIDI PALEACEI

2131 FVNGVS (*vulgo* Tirigliozzo) esculentus, paleacei, seu straminei coloris, pileolo pulvinato, lamellis crebris, tenuissimis, perangustis.

Octobri mense. Ad sylvas.

RVFI

2132. FVNGVS (Soderello di macchia) esculentus, crassus, ex rufo albicans, vel ex albo rufescens, lamellis angustissimis, pediculo crassiore.

Ianuarii mense.

2133. FVNGVS (Fungo di colore biondo) parvus esculentus, odoratus, coriaceus, rufis lamellis inter se longe distantibus.

Majo mense. In pratis montanis.

VIOLACEI PVRPVREI IANTHINI.

2134. FVNGVS (Grumato paonazzo) esculentus, bulbosus, dilute purpureus. *M. N. P. G. pag.* 149. *Tab.* 74. *f.* 1.

Fungus Boletus, violaceus, exitialis. *Bocc. Mus. Part.* 1. *Tab.* 301. *f.* 5.

In nemorosis copiosus. Novembri, atque Decembri.

BICOLORES ALBIDI ET LEVCOPHAEI GRISEI PLVMBEI GILVI ET MVRINI

2135. FVNGVS (Brugnolo nostrano buono cenerino) esculentus farinam recenter molitam suaviter redolens, pileolo superna parte griseo, inferne lamellis angustissimis simul cum pediculo albis. *M. p.* 150.

Prunulus vulgo. *Caesalp.* 617.

An Fungus pileolo rotundiori, Mouceron dictus. *I. R. H.* 557.?

In vepretis etc.

2136. FVNGVS (Grumato) esculentus, pileolo superne e griseo suboscuro, inferne lamellis, et pediculo albis.

Autumno et vere in sylvis.

2137. FVNGVS (*vulgo* Calcatreppola) escu-

lentus, desuper plerumque prorsus griseus, interdum vero in aliqua parte aeneo colore perfusus, inferne lamellis, et pediculo albis.

In sylvis.

2138. FVNGVS (*vulgo* Cappelletto) esculentus, pileolo ampliore, fornicato, tenui substantia, desuper ex plumbeo, et cyaneo albescente, inferne prius albo, deinde griseo, pediculo brevissimo albo.

In sylvis montanis vivit ut supra.

2139. FVNGVS (*vulgo* Cardarelli, e Scardoncelli) esculentus, e griseo rufescens, inferne lamellis, et pediculo albis, in emortua Eryngii radice nascens. *M. Tab.* 73. *Fig.* 1.

Fungus Eryngii, *Bot. Monsp.*

An Fungus laudatissimus ex Acarna Apula. *Col. Part.* 1. 29.?

Mense Octobri.

2140. FVNGVS (Fungo Bigiotto) esculentus pileolo superne e griseo plumbeo, et veluti squamoso, lamellis simul cum breviori, et habitiori pediculo, albis.

Tempore autumnali in sylvis.

ALBI ET LVTEI

2141. FVNGVS (*vulgo* Grumato di Maggio) parvus odoratus, pileolo ampliore, desu-

per ex luteo rufescente, subtus lamellis crebris, albis, pediculo concolore.

Majo mense in sylvis.

ALBI ET VIRIDES

2142. FVNGVS (Verdone) esculentus, pileolo pulvinato, viridi, inferne cum pediculo albo.

An Fungus magnus viridis. *Sterb. Theat. Fung.* 67. *Tab.* 5. *C.*?

In nemoribus. Majo, Septembri, et Octobri mensibus.

ALBI ET SPADICEI

2143. FVNGVS esculentus ex ingenti, perenni, et plerumque complanata radice, in singulos menses, praecipue aestivos, nascens, pileolo desuper, ex spadiceo, rufo, lamellis, et pediculo albis. *M. pag.* 153.

Fungi, e sepultis lapidibus quibusdam, mensarum modo latis, provenientes. *Card. l.* 2. *de San. tuen. cap.* 45.

Fungorum postremum genus e saxis. *Port. Phitegon. lib.* 6. *cap.* 2 *et Vill. lib.* 10. *cap.* 70.

Lapis Phrygius Fungos ferens. *Mercat. Meteal.* 147.

In omnibus fere locis, ubi Polyporus.

ALBI ET RVFI

2144. FVNGVS (*vulgo* Farinacio) esculentus, farinam recenter molitam redolens, pi-

leolo atro-rufescente, lamellis albis, pediculo supernae pileoli parti concolore.

Mense Octobri in populetis.

2145. FVNGVS (*vulgo* Prugniolo melato scuro) esculentus vernus, parvus, farinam recenter molitam admodum redolens, pileolo desuper laete rufescente, inferne albo, lamellis vix lineam latis, pediculo crassiore, supernae pileoli parti concolore.

An Fungus pileolo rotundiore, Mouceron dictus. *I. R. H.* 557. ?

Vere, et autumno multis in locis.

2146. FVNGVS (*vulgo* Prugniolo di Maremma) esculentus vernus, parvus, farinam recenter molitam admodum redolens, pileolo desuper rufo, et in centro fusco-rufo, subtus lamellis crebris, duas lineas latis, et pediculo, albis.

In Tyrrheni sylvis, Martio, et Aprili mensibus, abunde oritur.

ALBI ET OBSCVRI ALIISQVE SIMILIBVS COLORIBVS VIDELICET FVSCI SEV FVLIGINOSI

2147. FVNGVS (*vulgo* Cappellaccio) magnus esculentus, pileolo desuper obscuro, et lacero, ac pereleganti papilla in medio ornato, lamellis albis, pediculo supernae pileoli parti concolore, radice bulbosa.

Septembri mense, in nemoribus.

2148. FVNGVS (*vulgo* Fungo Bigerello) esculentus, pileolo supina parte obscuro, prona vero, cum breviori pediculo, alba.

In dumetis mense Octobri.

2149. FVNGVS (*vulgo* Fungo marzolo, e dormiente) alpinus esculentus, vernus, parvus, et habitior, desuper obscurus, inferne, et pediculo, albus. *M. N. P. G. pag.* 154. *Tab.* 74. *fig.* 9.

Sub nive vivit in sylvis alpinis.

ALBI CARNEI VEL RVBRI VEL PVRPVREI AVT CAERVLEI

2150. FVNGVS (Rosola ordinaria) esculentus, pileolo pulvinato, desuper rubro, subtus lamellis, et breviori pediculo, albis.

Vbique in sylvis autumnali tempore.

2151. FVNGVS (Rossola maggiore) esculentus magnus, superne purpureus, inferne lamellis raris, et pediculo brevissimo, crasso, ac firmo, albis.

Ad sylvas variis in locis, mense Octobri.

2152. FVNGVS (Rossola mezzana) esculentus, pileolo desuper dilute purpureo, vinoso, et lutose albo-vario, lamellis, et breviore pediculo, albis.

Octobri in sylvis.

2153. FVNGVS esculentus pileolo desuper di-

luto ianthino, inferne lamellis, et pediculo, albis.

Decembri mense, in pratulis montanis.

RVFI ET SVBPVRPVREI

2154. FVNGVS (*vulgo* Grumato rosseggiante) esculentus, ex rubro subpurpureus, inferne fulvus, pediculo crasso pyriformi, et supernae pileoli parti concolore.

Octobri mense per nemora.

ALBI GRISEI ET CARNEI VEL DILVTE PVRPVREI

2155. FVNGVS (*vulgo* Grumato rosseggiante oscuro) esculentus, farinam recenter molitam redolens, pileolo desuper cinereo, inferne carneo, pediculo longiore, et crassiore, albo.

Octobri mense ad sylvas.

2156. FVNGVS (*vulgo* Prugniolo bastardo) esculentus, farinam recenter molitam redolens, pileolo desuper griseo argenteo, inferne lamellis rarioribus, carneis, pediculo albo.

Maio mense in pratulis montanis.

ALBI GRISEI ET RVFI

2157. FVNGVS (*vulgo* Grumato bastardo) esculentus, farinam recentem redolens, pileolo desuper griseo, subtus lamellis primum carneo-rufis, postea fulvis, pediculo albo.

Octobri mense in sylvis.

ALBI LVTEI AVT PALLIDI ET OBSCVRI

2158. FVNGVS (Fungo giallo macchiato di più colori) esculentus, pileolo pulvinato, desuper coloribus luteo, et obscuro inter se distinctis, densissime variegato, inferne lamellis, et pediculo, albis.

In sylvis Novembri mense.

VNICOLORES ALBI

2159. FVNGVS (Fungo pratajolo tutto bianco, buono, e di gambo lungo) esculentus nemorosus, albus, pediculo longo, crasso, radice tumida.

In sylvulis Novembri mense.

2160. FVNGVS (Pratarolo buono, che nasce nelli prati) esculentus pratensis, totus albus, pediculo brevi obeso.

An Fungus totus albus edulis. *Bot. Paris*. 75. *num*. 8.?

Fungus esculentus pileolo, et lamellis albis. *Doodii. Raii. Synop. edit.* 2. *App.* 334. *et edit.* 3. *p.* 2. *n.* 2.

In pratis fere ubique.

LVTEI ET CROCEI

2161. FVNGVS (Fungo Leccino giallo) esculentus, odoratus, pileolo fornicato, pediculo longo, cylindrico, anulato.

Novembri mense. Ad Ilices.

BICOLORES ALBI ET GRISEI VEL CINEREI AVT CERVINI

2162. FVNGVS (Bubbola mezzana) esculentus, bulbosus, pileolo lato, nonnihil fornicato, sature griseo, vertice papillato, lamellis, et palmari, ac anulato pediculo, albis.

In quercetis tempore autumnali.

ALBI ET RVFI

2163. FVNGVS (Fungo straccione, Bubbola buona sfilacciata) esculentus, bulbosus, pileolo amplo, fornicato, ex rufo, fulvo, cute valde lacera, et in filamenta veluti dissecta, lamellis, et anulato pediculo albis.

In sylvis, mense Novembri.

2164. FVNGVS (Fungo cencione, e Bubbola buona) bulbosus esculentus, pileolo ex rufo fulvo, cute nonnihil lacera, centro papillato, lamellis, et anulato, ac longo pediculo, albis.

In sylvis Octobri mense.

ALBI ET OBSCVRI VEL FVLIGINOSI

2165. FVNGVS (Fungo ombrellone, e Bubbola maggiore) bulbosus, esculentus, maximus, pileolo fornicato, subobscuro, et lacero, centro papillato, lamellis albis, pediculo praealto, fistuloso, et supernae pi-

leoli parti concolore, anulo firmo cincto. An Fungus pratensis, quem quidam Scarogias, alii Canellas vocant. *Caesalp.* 618.?

Octobri mense, in pratis et sylvis.

2166. FVNGVS (Fungo collarone) esculentus, pileolo ex obscuro fulvo purpurascente, inferne lamellis albis, pediculo ventricoso, supernae pileoli parti concolore, anulo peramplo cincto, radice veluti rostrata.

In sylvis montanis autumnali tempore viget.

2167. FVNGVS (Bubbola piccola odorosa, e macchiata) esculentus parvus totus albus, pileolo fastigiato, maculis subobscuris notato.

In aggeribus Octobri mense multis in locis.

ALBI ET PVRPVREI

2168. FVNGVS (Fungo pratajolo maggiore, bianco, e buono) esculentus magnus, albus, pileolo fornicato, lamellis subrubentibus, pediculo longiore, et crassiore, ample anulato.

Octobris mense.

2169. FVNGVS (Fungo pratajolo maggiore bianco con doppio anello, e gambo corto) esculentus major, pileolo lato, pulvinato, superna parte candido, inferne lamellis purpurascentibus, pediculo brevi, supernae pileoli parti concolori, et duplici anulo cincto.

Octobri in pratis.

2170. FVNGVS (Pratajolo con il cappello a spicchi, di sopra bianco, e di sotto vinato smorto) esculentus albus, pileolo in superficie nonnihil lacero, ad oras angulato, et limbo membranaceo cincto, lamellis dilutissime purpureis, pediculo longiore plerumque rimoso, coloris albi, radice bulbosa.

2171. FVNGVS (Pratajolo bianco) esculentus, pratensis, pileolo fornicato, desuper laevi, et candido, inferne subpurpureo, pediculo breviore, ample anulato, et supernae pileoli parti concolore.

Octobri mense in pratis.

FVNGVS (*vulgo* Pratajolo turino) esculentus, pileolo fornicato, desuper albo, et laevi, inferne subpurpureo, pediculo supernae parti pileoli concolore, anulo peramplo cincto.

Mense Octobri.

PALLIDI ET LIVIDI VEL GRISEI

2172. FVNGVS (Fungo livido) campestris esculentus, desuper paleacei coloris, lamellis livido-nigris, pediculo amplo anulato, et supernae parti pileoli concolore.

Tempore veris.

ALBO-PVRPVREI ET PRORSVS PVRPVREI.

2173. FVNGVS (Fungo pratajolo salvatico rosso) esculentus, desuper ex albo purpurascens, et veluti subhirsutus, subtus sordide purpureus, pediculo brevissimo, supernae pileoli parti concolore, et anulo perangusto cincto.

An Fungus pileolo lato, et rotundo, livido. *C. B. Pin.* 370. *I. R. H.* 556.?

Septembri, et Octobri mensibus in pratulis.

TRICOLORES ALBI GRISEI VEL CERVINI ET PVRPVREI AVT SVLPHVREI.

2174. FVNGVS (*vulgo* Bubola salvatica) bulbosus esculentus, superne damae, aut cervini coloris, cute lacera, et veluti filamentosa, lamellis albis, pediculo praealto, anulato, subpurpureo.

Mense Octobri in sylvis.

2175. FVNGVS (Pratajolo salvatico, che per lo più nasce nelli canneti, di radice serpeggiante) esculentus, superna parte e griseo albus, inferna subrubens, pediculo prorsus albo, radice repente.

ALBI PVRPVREI ET FVLVI VEL FVLVO-SVBOBSCVRI.

2176. FVNGVS (Fungo Pratajolo salvatico) esculentus, pileolo desuper ex fulvo subobscuro, cute lacera, inferne dilute purpureo, pediculo longo, albo, anulato.

Octobri mense.

2177. FVNGVS (Pratajolo con il cappello lionato, e come scaglioso) esculentus, parvus, acaulis ferme, pileolo fornicato, intense fulvo, superficie in ampliores squamas veluti scissa, lamellis carneis, vel suave rubentibus, pediculo brevissimo, albo, anulato.

In sylvis, Maii mense.

PEDICVLO ANVLATO ANVLO DVRABILI ET EIDEM PEDICVLO NON ADHAERENTI

Mich. N. P. G. pag. 177. Tab. 81. f. 1.

BICOLORES ALBI ET OBSCVRI VEL FVSCI

2178. FVNGVS (Bubbola maggiore) bulbosus esculentus, maximus, pileolo mammoso, obscuro, et in filamenta quasi lacerato, vertice papillato, subtus lamellis albis, pediculo cubitali, fistuloso, supernae pileoli parti concolore, et pariter lacero, corolla amplissima soluta cincto. *Tab.* 81. *f.* 1.

An Fungus pratensis, quem quidam scarogias, alii Cannellas vocant. *Caesalp.* 618.?

Ad sylvas Octobri mense.

2179. FVNGVS (Bubbola mezzana) bulbosus, esculentus, medius, pileolo desuper obscuro, subtus lamellis albis, pediculo palmari farcto, supernae pileoli parti concolore, anulo perangusto soluto cincto.

In sylvis.

PEDICVLO ANVLATO NON PERMANENTE ET FVGACI

Mich. p. 178. Tab. 75. Fig. 2. 4.

LVTEI ET FVLVI

2180. FVNGVS (Grumato giallo) esculentus, pileolo desuper paleacei coloris, lamellis atro-fulvis, pediculo supernae pileoli parti concolore, anulo fugaci munito, radice ferme bulbosa.

Mense Octobris ad sylvas.

PEDICVLO ANVLATO PILEOLO AD ORAS NON STRIATO

M. pag. 184. Tab. 76. f. 3.

VNICOLORES ALBI

2181. FVNGVS (Fungo farinaccio) esculentus, magnus e volva erumpens, totus albus, graviter odoratus, lamellis crebris, et creberrime denticulatis, pediculo obeso, anulato.

Septembri, ac Octobri mensibus in sylvis.

PILEOLO AD ORAS STRIATO

Mich. p. 185. Tab. 77. f. 1,

VNICOLORES ALBI

2182. FVNGVS (Ovolo, e Vovolo bianco, buono) esculentus, e volva erumpens totus albus, pileolo ad oras striato, pediculo cylindrico, ampliore, anulato.

In sylvis.

FVNGI CESPITOSI SEV FASCICVLOSI NEMPE EX VNA RADICE PLVRES EXEVNTES

ALBI ET OBSCVRI FVSCI VEL NIGRI

2183. FVNGVS (Fungo d'Olmo) cespitosus, esculentus, parvus, pileolo pulvinato, superne obscuro, inferne cum cylindrico pediculo albo.

Octobri mense, ad Vlmos.

CINEREI EV RVFI.

2184. FVNGVS (Fungo Orcella, e Sardinella) ex uno pede multiplex, alpinus, esculentus, pileolo desuper cinereo-griseo, inferne lamellis copiosissimis, eleganter rufis, pediculo dilute concolore.

Orcella. *Castr. Durant.* 191.

Septembri mense, in sylvis montanis.

TRICOLORES ALBI SPADICEI ET EX OBSCVRO FVSCI

2185. FVNGVS (Funghi Famiglie odorose buone) esculentus populeus, ex uno pede multiplex, superna pileoli parte spadicea, inferne alba, pediculo longo, et ex obscuro fusco.

Maio mense.

PEDICVLO ANVLO PERMANENTI CINCTO.

M. p. 197. Tab. 8.

VNICOLORES RVFI.

2186. FVNGVS (Funghi Famiglie buone) atro rufescens, ex uno pede multiplex, escu-

lentus, pileolo parvo, pediculo crassiore, cylindrico, anulo perangusto cincto.

Vere, et autumno.

QVADRICOLORES ALBI CERVINI FVLVI ET OBSCVRI.

2187. FVNGVS (Funghi, che nascono negli Albuceti) esculentus, populeus, ex uno pede mulfiplex, pileolo corrugato, vel lacunulis excavato, colore obscuro, postea fulvo, et tandem in subalbidum facescente, inferne lamellis cervini coloris, pediculo albo, ample anulato.

Vere et autumno vegetat.

P H A L L O - B O L E T V S

Phallo-Boletus est plantae genus capitatum inter Phallum, et Boletum, medium, a primo differt quod volva et callosa crusta capitulum obducente destituatur: a Boleto vero discriminatur, quod capituli inferior pars patula sit, et usque ad verticem cava. Mich. p. 202. Tab. 84.

2188. PHALLO-BOLETVS (*vulgo* Spugnola maggiore oscura) esculentus, pileolo conico, ampliore, subobscuro, pediculo hemisphaerico, fistuloso. *Mich. Tab.* 84. *f.* 1.

Martio, Aprili, atque Maio mensibus in arenosis.

2189. PHALLO-BOLETVS (Spugnola di capo tondo, di colore di ceci) esculentus, pileolo ampliore, rufescente, et crispo, pediculo leucophaeo, fistuloso, striis reticulatis insignito. *Tab.* 84. *fig.* 2.

2190. PHALLO-BOLETVS esculentus, pileolo parvo, conico, ex fulvo subobscuro, pediculo leucophaeo, fistuloso. *M. Tab.* 84. *f.* 3.

Aprili mense, in pratis etc.

BOLETVS

Boletus est plantae genus, a Phallo-Boleto diversum, capitulo infra clauso, quod ibi pediculo iungitur. Mich. N. P. G. pag. 203. Tab. 85.

2191. BOLETVS (Spugnola di capo tondo, Fungo tripetto) esculentus, rugosus, amplior, et orbicularis. *M. Tab.* 85. *Fig.* 1. *I. R. H.* 562.

Fungus porosus, amplior, orbicularis. *C. B. P.* 370.

Primi generis esculentorum Fungorum species III. *Clus. Hist.* 263.

Aprili mense in agris arenosis.

2192. BOLETVS (Spugnola con la testa lunga colore di cece, *et Romani vocant* Fungo trippetto) esculentus, rugosus, albicans, quasi fuligine infectus. *Tab.* 85. *fig.* 2. *Inst. R. H.* 561.

Fungus porosus, rugosus, albicans, quasi fuligine infectus. *C. B. Pin.* 370.

Fungus rugosus, vel cavernosus, sive merulus, ex albo nonnihil rubescens. *I. B.* 3. 836.

Primi generis esculentorum fungorum species 1. *Clus. Hist.* 263.

Aprili in pratis arenosis.

2193. BOLETVS (Fungo trippetta) esculentus, rugosus, fulvus. *Ins. R. H.* 561.

Fungus porosus, coloris ex fulvo fusci. *C. B. P.* 370.

Fungus rugosus vel cavernosus, sive merulus fuscus. *I. B.* 3. 836.

Primi generis esculentorum fungorum species II. *Clus. Hist.* 263.

Cum superiori.

CORALLOIDES

Coralloides est plantae genus carnosum, ramosum instar Coralli, et laevi in superficie seminibus minutissimis infectum. Mich. pag. 209. Tab. 88.

2194. CORALLOIDES (Ditola gialla, e Manina) flavum. *Inst. R. H.* 562.

Fungus ramosus, flavus. *I. B.* 3. 837.

Veris, et autumni tempore in ericetis fere ubique.

2195. CORALLOIDES (Ditola bianca) albidum. *I. R. H.* 562.

Fungus ramosus albidus. *I. B.* 3. 837.

Est venale cum supradicto.

2196. CORALLOIDES (Ditola gialla) luteum. *Barr. Icon.* 1260.

Tempore, et loco eodem cum antecedentibus. In foro venale prostat.

LYCOPERDON

Lycoperdon est plantae genus plerumque rotundum, interdum subrotundum, vel pyriforme, tribus corticibus, ut plurimum, instructum, pediculo donatum, vel destitutum.

LYCOPERDA PEDICVLO VEL ALTIORE BASE DONATA

2197. LYCOPERDON (*vulgo* Vescia, o Loffa di Lupo, biancha, gambata, e spinosa, con spine non pungenti) album, totum aculeatum, altiori base donatum. *Mich. N. G. pag* 217. *Tab.* 97. *fig.* 1.

In castanetis, et ericetis variis in locis. Majo mense, et autumno deportatur ad forum urbanum.

2198. LYCOPERDON (Vescia oscura irsuta) griseum, hirsute asperum, breviori base.

Vivit ubi supra, mensibus Maii et Octobris, in castanetis et ericetis. In foro venale est.

2199. LYCOPERDON album, coniforme, altiori basi insidens, totum asperum.

In sylvis, dumetis, et pascuis abunde oritur, vere et autumno.

2200. LYCOPERDON parvum, subasperum, pyri inversi forma, obscurum.

Ad pineta ut plurimum.

LYCOPERDA ABSQVE PEDICVLO VEL NVLLA BASI DONATA

2201. LYCOPERDON (Vescia maggiore buona da friggere, di colore bigio) esculentum, majus, subobscurum, et subasperum.

Vere et autumno in sylvis montanis, et ericetis.

2202. LYCOPERDON (Vescia maggiore bianca da friggere, con la scorza affaccettata) niveum, sphaericum, superficie in areolas adamantinas dissecta, ac distributa. *Inst. R. H.* 564.

Fungus carnosus, niveus, globosus, adamantinus, in montibus Feltrinis. *Bocc. Mus. Part.* 1. *Tab.* 306.

Vivit in locis ut supra.

2203. LYCOPERDON (Vescia carbonara) sphaericum, esculentum, cortice nitido, et nigro, pulpa alba.

In areis carbonariis multis in locis, Octobri mense.

2204. LYCOPERDON (Vescia tonda grigia) esculentum, hemisphaericum, griseum, villis, sive aculeis tenuissimis, non extantibus, obductum. *Mich. N. P. G. pag.* 218. *Tab.* 97. *Fig.* 4.

In collibus Octobri mense.

TVBER

Tuber est plantae genus sub terra vivens, caule, foliis destitutum, figura plerumque subrotunda, cortice inaequali, cuspidibus multifariam sectis, ac veluti adamantinis, aspero, substantia callosa, rimis angustissimis, anfractuosis, undique interrupta etc. Mich. pag. 221. Tab. 102.

2205. TVBER (Tartufo nero di Norcia) brumale, pulpa obscura odora. *Mich. Tab.* 102.

Tubera. *Math.* 544. *I. R. H.* 565.

In Nursiae montibus toto hyemali tempore effoditur.

2206. TVBER (Tartufo nostrale) aestivum, pulpa subobscura, minus sapida, ac odora.

Tuber albidum. *Caesalp.* 613.

In aliquibus locis sylvosis, Iulio mense.

MONITVM

In dubium revocari nequit, inter tot Fungorum species, quas natura nobis provide tradidit, nonnullas reperiri, quae veneficae, letiferaeque manducantibus existunt. Absit tamen, ullam ex iis inter a me descriptas numerari. Non inficior, illas quoque species pro cibo uti solitis effectus quandoque perniciosos protulisse. Hoc tamen non in Fungorum qualitatem, sed in coquorum imperitiam debet omnino refundi. Et multoties evenire insuper intuemur, illos a Fungis damno affici, qui, ob effraenatam edendi cupiditatem, tantam solent manducare Fungorum copiam, ut ventrem fungis replere non metuant. Tunc, quaeso, an damni causa censenda est Fungorum qualitas, vel potius, intemperantium cupiditas? Praeter quam quod animadvertendum venit, Fungos, magnam in se continere viscidarum, duriorumque partium quantitatem, quae in immoderato esu difficilem digestionem, et considerabile pariunt nocumentum. Dixi, a coquentium imperitia derivare posse fungorum damnificationem. Nam nisi antea diligenter mundentur, laventur, aqua simplici elixentur, tandem ab heterogeneis, viscidisque premantur, ac purgentur, crudelem profecto stragem operari videbuntur, ut sapientissime ad rem nostram docet doctissimus Jo. Antonius Battarra in absolutissimo suo opere, cui titulus: *Historia Fungorum Agri Ariminensis*. Faventiae 1755. pag. 18. 19. cap. IV. Hisce omnibus rite servatis, Fungis salubribus unusquisque vesci poterit absque praejudicio, vitamque incolumem a tam crudeli nece conservabit.

APPENDIX (a)

DIANDRIA MONOGYNIA

Post n. 17. adde

2207. IASMINVM foliis ternatis oppositis, caule cylindrico, flore luteo, aliquantulum odorato.

In agro Corneti, secus viam in collibus Castri Romani. Caespitosum crescit ad tres circiter pedes. Folia subtus candicant, superne lucide virescunt, et toto anno virent.

Post. n. 68. adde

2208. LYCOPVS foliis aequaliter serrulatis. *Sp. Pl.* 30.

Lycopus foliis lanceolatis, tenuissime serratis. *Gron. Virg.* 8.

Ad fossarum ripas, signanter ad Bocca di Leone. In febribus intermittentibus energice operatur.

TRIANDRIA MONOGYNIA

Post n. 106.

2209. IRIS corolla barbata, caule foliis lon-

(a) *Dum impressionem secundi Tomi prosequeremur, animadvertimus, Auctorem nostrum in Codice Florae Romanae, quam methodo sibi propria parabat,* (*V. Sup.* Tom. I. pag. IX.) *plantas quasdam collegisse, quas in suos codices Linnaeanos* (*ib. pag.* X.) *nondum retulerat. Harum praecipuas suis locis inserere deinceps curavimus. Sunt autem illae fere, quae adpositione nominis speciei destituuntur. Nam istam in tali sua methodo perpetuo rejecit. Ne vero botanophili alias plantas, ad priores sedes pertinentes, saltem distinctiores, Auctori nostro jam notas, desiderent, ipsas, una cum descriptione, ab eodem codice suppeditata, hic subjicimus. Omnia accuratiori critica dijudicanda rerum harum peritis sint commendata.*

giore, unifloro. *Hort. Cliff.* 18. *Roy. Lugbd.* 17.
Iris latifolia major. *Clus. Hist.* 1. *p.* 217.

Montis Portii in sylvula prope villam Taverna. Caulis est rotundus, enodis, aphyllus; tria vero interiora petala, valde ampla, et reflexa, coloribus albo, et atroviolaceo sunt tesselata.

TRIANDRIA DIGYNIA

Post n. 247.

2210. TRITICVM siligineum. *C. B. P.* 21.
Triticum spina, et granis albis. *Rai. Synops.* 245.

2211. TRITICVM (Gran Farro) rufum, grano maximo. *C. B. P.* 21.
Triticum rufum, grano maximo, Far, sive Adoreum veterum putatum. *I. B.* 2. 408.

Seruntur in agris.

TETRANDRIA MONOGYNIA

Post. n. 263.

2212. GLOBVLARIA caule nudo, foliis ovalibus integerrimis, radice repente, floribus caeruleis. Perennis.

In montibus Casciae secus viam Leonessae. Radices valde dilatantur, flores sunt conferti, pedunculi vix duas uncias a solo assurgunt.

Post n. 327.

2213. CORNVS arborea, umbellulis sparsis trifloris, drupis longis dactyloideis.

Secus flumen Nar prope Vissum.

PENTANDRIA MONOGYNIA

Post n. 367.

2214. CYNOGLOSSVM foliis oblongis, ovatis,

utrinque acuminatis, caule erecto tetragono, singulo ramo quatuor floribus onusto.

In summitate montis Sybillae. Rami sunt dichotomi, flores atropurpureonigricantes, folia caulis sessilia, eum amplexantia, radicalia vero petiolata, unumquodque folium trinervium.

2215. CYNOGLOSSVM minus, album, Lini foliis glaucis, semine umbilicato. *Moriss. Hist.* 3. *p.* 449.

Omphalodes foliis lineari-lanceolatis glabris, floribus albis.

In aliquibus campis prope Neptunum. Ad altitudinem sex circiter spathmarum provenit.

Post n. 376.

2216. BORAGO calycibus tubo corollae brevioribus, foliis cordatis. *Hort. Cliff.* 45.

Borago Constantinopolitana, flore reflexo caeruleo, calyce vesicario. *Tour. Cor.* 6.

Secus flumen Badino prope Terracinam,

SOLDANELLA

2217. SOLDANELLA alpina rotundifolia. *C. B. P.* 295.

Super montibus Spoleti, sign. ad Piano de' Paladini. Radix perennis. folia potius parva, rotunda, rigida.

PENTANDRIA DIGYNIA

ARTEDIA

2218. ARTEDIA seminibus squamosis. *Hort. Cliff.* 89.

Thapsia Orientalis, Anethi folio, semine eleganter crenato. *Tour. Cor.* 22. *It.* 3. *p.* 298.

Gingidium Foeniculi folio. *C. B. P.* 151. *Ia. Hist.* 443. 446.

Ad montem Muscae. Annua.

VISNAGA

2219. VISNAGA. *I. B.* 3. *p.* 2. 31.

Gingidium alterum. *Dod. Pempt.* 702.

Foeniculum annuum, umbella contracta oblonga. *I. R. H.* 311.

In aliquibus agris. Annus.

Post n. 562.

2220. SELINVM radice fusiformi multiplici. *Hort. Cliff.* 93.

Apium sylvestre, lacteo succo turgens. *C. B. P.* 153.

Tysselinum Plinii. *Lob. Hist.* 409.

Ad montem Corno prope Reatem. Perennis.

2221. SELINVM umbellis confertis, involucro universali reflexo, seminum costis quinque membranaceis. *Amoen. Acad.* 4. *p.* 269.

Ad Casabroda in Sabinis. Annua. Seminum forma Laserpitio assimilatur, in reliquis Selino.

LIBANOTIS

2222. LIBANOTIS foliis tenuissime pinnatis, laciniis petiolatis. *Hal. Helv.* 451. *Op.* 241.

Athamanta foliis capillaribus, seminibus hirsutis. *Hort. Cliff.* 93.

Ad montem Fuscellae. Perennis.

CVMINVM

2223. CVMINVM. *Sp. Pl.* 365.

Cuminum sativum. *Cam. Epit.* 518.
Cuminum semine longiore. *C. B. P.* 146.

Colitur ad S. Salvatorem Rivi frigidi prope Camerinum. Semina quatuor calidis majoribus accensentur, et sunt aperientia, carminativa etc.

Post n. 618.

2224. PASTINACA foliis decompositis pinnatis. *Roy. Lugbd.* 114.
Panax Costinum. *C. B. P.* 156.
Panax Eracleum. *Moriss.* 3. *p.* 315.

Ad montem Circellum etc. Perennis. Ejus gummi, Oppoponaco quibusdam, est nervinum, valet in tussi senili, asthmate humerali, paralysi etc.

PENTANDRIA TRIGYNIA

Post n. 633.

2225. VIBVRNVM foliis ovatis, in ambitu serratis, subtus tomentosis.

In montibus Nursiae. Cortex trunci, atque ramorum, valde candidus, et lanatus est. Baccae rubent, a puerisque comeduntur.

TELEPHIVM

2226. TELEPHIVM maritimum, Sedi folio, flore albo. *I. R. H.* 248.
Telephium album. *Fuchs. Hist.* 800.

Ad nostra maritima.

PENTANDRIA TETRAGYNIA

PARNASSIA

2227. PARNASSIA. *Hort. Cliff.* 113.
Parnassia palustris, et vulgaris. *I. R. H.* 246.

Gramen Parnassi, albo simplici flore. *C. B. P.* 309.

Hepatica alba. *Cord. Hist.* 53.

In montibus Vissi, Cassiae etc. Perennis.

PENTANDRIA PENTAGYNIA

SIBBALDIA

2228. SIBBALDIA procumbens triphylla, foliis truncatis, et pentadentatis.

In pratis della Pisana prope Vrbem. Decem, vel duodecim pedes in gyrum expanditur, et biennalis est.

HEXANDRIA MONOGYNIA

Post n. 670.

2229. PANCRATIVM flore simplici magno lacteo, odore balsami Peruani.

Non longe a litore nostri Mediterranei reperi, sed est planta rara.

PHALANGIVM

2230. PHALANGIVM parvo flore, non ramosum. *C. B. P.* 29. *Moris. Hist.* 2. *p.* 333. *f.* 4. *t.* 1. *f.* 10.

Phalangium non ramosum. *Lob. Ic.* 48.

Ad montem Lucretilem etc. Perennis.

ALOE

2231. ALOE foliis spinosis confertis dentatis vaginantibus planis maculatis. *Hort. Vps.* 85.

Kadanaku. *Rheed. Mal. II. p.* 7. *t.* 3.

Aloe vulgaris. *C. B. P.* 386.

Sub Setia in scopulis: ad montem Circellum secus litus maris: in muris: in vasibus. In Pharmacopoliis Aloe epaticum censetur.

2232. ALOE Americana Ananae floribus suave rubentibus. *Pluk. Alm.* 19. *t.* 240. *f.* 4.

In aliquibus hortis adenidibus absque serra. In pharmacopoeis vocant Aloe Succotrinum.

2233. ALOE guinensis caballina, vulgari similis, maculata undique. *Comm. Prael.* 40.

In fictilibus vegetat. Purgans, anthelmintica, deobstruens, et icterum curat, In pharmacopoliis dicitur Aloe caballina.

2234 ALOE Africana caulescens, foliis magis glabris, caulem amplexantibus, et in mucronem obtusum desinentibus.

Super muris Terracinae.

HEPTANDRIA MONOGYNIA

AGRIMONOIDES

2235. AGRIMONOIDES. *Col. Ecphr.* 1. *p.* 145. *t.* 144. *Boerh. Lugbd.* 1 *p.* 179.

Agrimoniae similis. *C. B. P.* 321.

Agrimonia foliis caulinis ternatis, fructibus glabris. *Hort. Cliff.* 179.

Est planta perennis, quae in umbrosis, et humidis vivit. Agrimoniae valde analoga extrinsecus est. *Calix* duplex, exterior tubulatus decemfidus, alter quinquefidus embryonem coronans. *Petala* quinque. *Stamina* septem capillaria calyci inserta. *Antherae* parvae didymae compressae. *Pistillum* unum simplex longitudine staminum. *Embryon* erescit in *Capsulam* plerumque acuminatam unilocularem, *Semine* unico.

OCTANDRIA MONOGYNIA

OENOTHERA

2236. OENOTHERA foliis ovatolanceolatis

planis, caule muricato subvilloso. *Virid. Cliff.* 33. *Hort. Vps.* 94.

Lysimachia lutea corniculata. *C. B. P.* 245. 516. *Moriss. Hist.* 2. *p.* 271. *f.* 3. *t.* 11. *f.* 7.

Hyosciamus Virginianus. *Alp. Exoot.* 325. *t.* 324.

Onagra foliis ovato-lanceolatis denticulatis, floribus lateralibus in summo caulis.

Colitur in hortis. Radices coctae eduntur. Biennis.

DECANDRIA MONOGYNIA

PYROLA

2237. PYROLA foliis integerrimis. *Roy. Lugbd.* 440.

Pyrola rotundifolia major. *C. B. P.* 191.

Super montibus Sybillae, et Nursiae. Perennis.

2238. PYROLA racemo unilaterali. *Flor. Svec.* 332.

Pyrola folio mucronato serrato. *C. B. P.* 181.

Super montibus Leonessae. Frutescens.

STYRAX

2239. STYRAX *Hort. Cliff.* 187.

Styrax folio Mali Cotonei. *C. B. P.* 452.

Tusculi, Tiburis, in via Flumicini, ad sepes, etiam ad Cinque cammini etc. Antinervina, anodyna etc.

DECANDRIA TRIGYNIA

DRYPIS

2240. DRYPIS italica aculeata, floribus albis umbellatis compactis. *Mich. Gen.* 24. *t.* 23.

Drypis Theophrasti, sive Anguillarae. *Dalech. Hist.* 1480. *Lob. Icon.* 789. *Tabern. Icon.* 144. *I. B. H.* 3. 388.

Spina alba, foliis vidua. *C. B. P.* 388.

Carduus foliis tenuissime spinosis adinstar Juniperi. *Moriss. Hist.* 3. *p.* 161. *f.* 7. *t.* 32. *f.* 8.

Nursiae in petrosis prope Campi, ubi vocant erba Ciuccia.

ICOSANDRIA POLYGYNIA

Post n. 944.

2241. ROSA (*vulgo* Rosa di S. Francesco) germinibus globosis, et spinosis, floribus ex rubro, et albo variegatis, caulibus, ramisque, spinis densissimis armatis, calycibus corolla majoribus.

Super monte Ragnolo in Vmbria. Radix plures emittit caules, quorum singuli florem unicum magnum, petalis rubris, et albis, producunt. A radicis stolonibus super terra paulo minus pede attollitur. Fructus ingens, et niger est. Floret mense octobri. Frutex.

POLYANDRIA TRIGYNYA

Post n. 999.

2242. ACONITVM foliorum laciniis linearibus, superne latioribus, linea exaratis. *Hort. Cliff.* 214.

Aconitum caeruleum, seu Napellus 1. *C. B. P.* 183.

Super montibus Nursiae. Perennis. Venefica.

2243. ACONITVM foliorum laciniis linearibus distinctis, ubique ejusdem latitudinis.

Super Aqua Canina. Perennis. Suspecta.

POLYANDRIA POLYGYNIA

Post n. 1020.

2244. THALICTRVM caule paniculato filiformi, ramosissimo, folioso. *Sp. Pl.* 768.

Thalictrum minimum foetidissimum. *C. B. P.* 337. *Prodr.* 147. *I. B. H.* 3. *p.* 488. *Moris. Hist.* 3. *p.* 325.

Sub Tuderto abundat. Perennis.

ISOPYRVM

2245. ISOPYRVM (*vulgo* Cimiciaro) stipulis ovatis, petalis obtusis. *Scop. Carn.* 555.

Ranunculus nemorosus, Thalictri folio. *C. B. P.* 178.

Nursiae, Vissi etc.

2246. ISOPYRVM stipulis obsoletis. *Sp. Pl.* 783.

Super montem Monaco.

TROLLIVS

2247. TROLLIVS corollis conniventibus, nectariis longitudine staminum. *Sp. Pl.* 782.

Helleborus flore clauso erecto petiolato, caule simplicissimo. *Fl. Svec.* 474. 510.

Ranunculus montanus Aconiti folio, flore globoso. *C. B. P.* 182.

Helleboro-Ranunculus. *Boerh.*

Ranunculus flore globoso. *Dod. Pempt.* 430.

In nostris alpibus Casciae, Nursiae, etc. Perennis.

DIDYNAMIA GYMNOSPERMIA

Post n. 1067.

2248. SATVREIA floribus spicatis, foliis carinatis punctatis ciliatis.

Thymus capitatus, qui Dioscoridis. *C. B. P.* 219.

Ad montem Circellum, et Terracinae. Perennis.

Post n. 1069.

2249. HYSSOPVS flore rubro. *C. B. P.* 217.

Hyssopus vulgaris alba. *C. B. P.* 217.

In summitate montium Nursiae. Perennis.

2250. HYSSOPVS spicis lateralibus hirsutis, foliis alba lanugine superinductis.

An Hyssopus hirsutus. *C. B. P.* 217.?

In monte S. Felicitae versus Terracinam ad aspectum maris. Planta est fruticosa, et caespitosa, foliis alternis lanceolatis acuminatis, fere utrinque albis ut nix. Spica autem in ramorum summitate 10. vel 12. floribus constat, estque adeo villosa, ut flores pene obtegantur, odor fere gratus est, sapor aromaticus, qui deinde in subamarum transit.

Post n. 1076.

2251. LAVANDVLA lanceolatis, et serratis foliis, toto anno florens.

Spica vulgaris. *Hort. Eist.*

Lavandula folio longiore, tenuius, et elegantius dissecto. *T. Com. Rarior.* 27. *t.* 27. *(a)*

Super monte Circello etc.

Post n. 1101.

2252. GALEOPSIS verticillis densissime con-

fertis, foliis profunde serratis, floribus albis.

Nursiae etc. Perennis.

Post n. 1130.

2253. PRVNELLA foliis omnibus laciniatis, floribus subbracteatis, bracteis coloratis, floribus ex violaceo rubentibus.

Prope flumen Nar non longe a Visso.

CARDIACA

2254. CARDIACA foliis caulinis lanceolatis trilobis. Biennis.

Marrubium Cardiaca dictum. *C. B. P.* 230.

Vetruclani secus vias etc. Corroborans, anthysterica, anthypocondriaca etc.

2255. CARDIACA foliis radicalibus, et caulinis serratis crispatis, et fimbriatis.

Prope Tudertum, et Balneoregium, Perennis.

DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA

Post n. 1139.

2256. EVPHRASIA foliis linearibus omnibus integerrimis, caulibus ramosis, ramis spicatis, floribus unum latus spectantibus, croceis.

Ad Maccarese. Quatuor, vel quinque pedibus elevatur. Caulis, et rami lignosi sunt, et nigri coloris. Annua.

Post n. 1143.

2257. LATHRAEA caule infra terram corymboso, floribus, et seminibus tantum supra terram apparentibus.

Clandestina Madronna occulta. *Borel. Obser.* 38. *(a)*

In agro Nursiae prope sylvam Fagorum. Etiam in Fossa Memoriae Gallori etc.

T O Z Z I A

2258. TOZZIA alpina lutea, Alsines folio, radice squamata. *Mich. Gen.* 30. *t.* 16.

In montibus Nursiae, Spoleti etc. plerumque juxta scaturigines aquarum.

E R I N V S

2259. ERINVS floribus racemosis. *Sp. Pl.* 878.

Ageratum serratum alpinum. *C. B. P.* 221.

Ageratum minus saxatile, flore albo. *Bar. Rar.* 23. *t.* 1192. Perennis *(a)*.

In montibus Spoleti, et Nursiae etc. in petrosis non sylvosis.

TETRADYNAMIA SILICVLOSA

Post n. 1182.

2260. MYAGRVM siliculis laevibus subtorosis, foliis lyratis. *Sp. Pl.* 893.

Sinapi Hispanicum minus, Raphani folio. *I. R. H.* 227.

In vetustis muris dirutis Vrbis. Biennis.

A N A S T A T I C A

2261. ANASTATICA foliis obtusis, spicis axillaribus brevissimis, siliculis ungulatis spinosis. *Sp. Pl.* 895.

Thlaspi, Rosa de Ierico dictum. *Moris. Hist.* 2. *p.* 228. *s.* 2. *t.* 25. *f.* 2.3. 32*

Rosa Hiericuntea vulgo dicta, *C. B. P.* 284.
Rosa Hierocuntica. *Com. Hort. t.* 41.
In monte Circello. Annua.

Post n. 1184.

2262. DRABA scapo nudo simplici, foliis lanceolatis integerrimis. *Hort. Cliff.* 333.
Sedum alpinum hirsutum luteum. *C. B. P.* 284.
Leucojum luteum aizooides montanum. *Col. Ecphr.* 2. *p.* 62.
Bursa pastoris alpina rosea lutea. *Moris. Hist.* 2. *p.* 306. *s.* 3. *t.* 20. *f.* 6.
Alysson Dalecampii. *Oed. Dan. t.* 56.
Ad Mentorella etc. In agro Albani, Tusculi, Reate etc. Perennis.

2263. DRABA scapo nudo, foliis cuneiformibus trilobis. *Loef. It.* 61.
Alysson Pyrenaicum perenne minimum, foliis trifidis. *Tour. I. R. H.* 317.
Super montibus Pellettini. Perennis.

Post 1217.

2264. CLYPEOLA siliculis unilocularibus dispermis, foliis sagittatis acutis serratis, caule altissimo, floribus in spicam distícham ordinatis luteis.
Sub arce Spoleti. Annua.

TETRADYNAMIA SILIQVOSA

Post n. 1223.

2265. DENTARIA foliis summis digitatis. *Sp. Pl.* 912.

Pluribus in montibus, uti Fellettini. Perennis. Dantur aliquae varietates.

MONADELPHIA POLYANDRIA

LAVATERA

2266. LAVATERA caule arboreo, foliis septem angularibus tomentosis plicatis, pedunculis confertis unifloris axillaribus. *Hort. Ups.* 202.

Malva arborea Veneta dicta, parvo flore. *C. B. P.* 315.

2267. LAVATERA caule fruticoso, foliis subcordatis subtrilobis rotundatis, profunde crenatis, pleuris tribus utrinque prominentibus, pedunculis aggregatis, bi et trilobis.

An Malva foliis subcordatis trilobis obtusis serratis villosis. *Linn. Hort. Cliff.* 347.?

In fimetis Centumcellarum, et Corneti 4. et 5. ennalis. Pilis rigidis et glutinosis, manum tangentis rubiginoso colore inficit.

2268. LAVATERA foliis pentapleuris, caule herbaceo scabro, et tuberculoso.

An Lavatera foliis subcordatis obtusis angulatis serratis, caule herbaceo. *Roy. Lugbd.* 355.?

Retro ad S. Felicitam, et Terracinae.

DIADELPHIA OCTANDRIA

Post n. 1310.

2269. POLYGALA foliis ovalibus, floribus racemosis rubris.

Inter saxa in via publica Narniae prope Ecclesiam Patrum Septem dolorum.

DIADELPHIA DECANDRIA

Post n. 1328.

2270. ANTHYLLIS fruticosa, foliis pinnatis aequalibus, floribus capitatis. *Hort. Cliff.* 713. *Hort. Vps.* 221. *Sauv. Monsp.* 237.

Barba Iovis. *C. B. P.* 397.

Barba Iovis pulchre lucens. *I. B. H.* 1. *p.* 385.

In rupibus montis Circelli.

DOLICHOS.

VOLVBILES

2271. DOLICHOS volubilis, leguminibus racemosis hirtis aequalibus, seminibus hilo cinctis. *Iacq. Amer.* 27. *Rheed. Mal.* 8. *p.* 7. *t.* 36.

Ob viroris pulchritudinem colitur. Annua.

NEQVE VOLVBILES NEQVE SCANDENTES.

2272. DOLICHOS caule erecto flexuoso, racemis axillaribus erectis, leguminibus pendulis hispidis subdispermis. *Flor. Zeil.* 534.

Phaseolus erectus, siliquis Lupini, fructu Pi-

si majoris, candido. *Kemf. Amoen.* 837. *t.* 838.

Est planta Indica, quae, utpote officinalis, pluribus in viridariis colitur. Pharmacopoei Soja vocant. Valet in anorexia etc.

Post n. 1374.

2273. COLVTEA foliis ovatis oblongis integerrimis, floribus ramosis albis.

In montibus Nursiae.

2274. COLVTEA frutescens, flosculis calyce minoribus, legumine longissimo subrubro.

Super monte Circello.

POLYADELPHIA POLYANDRIA

ASCYRVM

2275. ASCYRVM magno flore. *C. B. P.* 280. *Prodr.* 130.

Androsaemum flore, et theca quinquecapsulari, omnium maximis. *Moriss. Hist. Oxon.* *p.* 2. 472.

2276. ASCYRVM exiguo folio, flore magno. *I. R. H.* 156.

Super montibus Casciae, Spoleti etc. in locis humidis. Emollit etc.

SUMMA ANIMADVERSIONUM CL. BELLENGHI.

Vid. Praef. pag. *XI*. (*a*)

Ad n. 20. *Phyllirea media* acido gallico abundat. Ad subobscuros colores, et flavum aptissima inventa est.

Ad n. 248. Palea exsiccata variis coloribus flavis inficit.

Ad n. 281. 295. 297. *Asperula tinctoria*, *Galium boreale*, *Aparine*, rubrum colorem suppeditant.

Ad n. 337. *Ilex aquifolium* colores viridem, culicis, et subobscurum praebuit.

Ad n. 395. *Lysimachia vulgaris* inficit colore flavo.

Ad n. 441. A *Lonicerae Caprifolii* foliis flavus sulphuris, viridis olivae, optimus cinnamomi color prodierunt.

Eadem folia, fermentatione putrida cum fructibus Sambuci, indacum per praecipitationem dant.

Ad n. 442. *Lonicera periclymenum* colorem caeruleum gignit.

Ad n. 457. A *Physali Alkekengi* colores viridis olivae, et napoleone producuntur.

Ad n. 464. *Rhamni Cathartici* lignum, et cortex acido gallico abundant. Colores pulcherrimos cecholatis, culicis etc. praestant. Praemissa ebullitione in *Rhus Cotini* decocto obscuro-caeruleus prodit.

Succus baccarum inficit coloribus flavo, viridi et violaceo. Violaceus tamen firmari indiget menstruo dissolutionis stamni.

Ad n. 466. *A Rhammo Alaterno* colores violaceus, cocholatis, culicis, fumo di cannone, praesto fuerunt.

Ad n. 472. Succus baccarum *Ribes rubri* vinosam fermentationem passus violaceo colore inficit, cui soliditas, et lustrum balneo dissolutionis stamni affertur.

Ad n. 521 Ab *Ulmo campestri* habentur colores plumbeus obscurus, culicis, et praevia ebullitione in pulvere foliorum *Rhus Cotini*, pampadour: Alii denique, et alii pro menstruorum diversitate.

(*a*) *Cl. vir ex propriis tentaminibus fere ubique loquitur, et propria inventa tradit. Colores, de quibus sermo est, adjumentis in arte tinctoria notis obtinentur.*

Ad n. 524. *Gentiana Centaurium* inficit colore flavo.

Ad n. 552. Flores *Dauci Carotae* colorem rubrum praebent.

Ad n. 630. *Rhus Cotini* praestat colores flavum, aureum, viridem olivae, cinnamomi, gaziae.

Ad n. 634. 635. Fructus *Sambuci* tam *Ebuli*, quam *nigrae*, succus fermentatus variis coloribus inficit, atque imprimis violaceo, viridi, et ceruleo-obscuro.

Flores flavum colorem praestant.

Ad n. 733. Radices *Berberis* flavo.

Ad n. 749. Radices *Rumicis acetosae* rubro colore tingunt.

Ad n. 767. *Erica Vulgaris* est valde tinctoria.

Ad n. 791. *Laurus nobilis* acidi gallici copiam habet. Plumbeum obscurum, et pampadour praebuit.

Ad n. 794. *Cercis Siliquastrum* colores nankin, et plumbeum obscurum dat.

Ad n. 796. *Ruta graveolens* est planta tinctoria.

Ad n. 798. *Arbutus Unedo* colores plumbi obscurum, et caffè obscurum praestat.

Ad n. 866. Succus e *Phytolaccae decandrae* racemis expressus diversimode tingit. Fermentatione vinosa, et argenti in acido nitrico dissolutione, colorem rubrum obscurum, vulgo ponsò, suppeditat. Materia autem in dissolutione stanni praeparata, color evadit purpureus. In dissolutione vero sulphati aluminis, fit roseus.

Ad n. 881. seqq. *Euphorbia* cujuscumque speciei tinctoria est. Colores flavum, viridem olivae, cocholatis, nigrum, viridem herbaceum praebuit.

Ad n. 908. *Punicae Granati* cortex in febribus intermittentibus, et putridis, item in cancraenis utilis est, et cortici Peruviano succedaneus, uti an. 1809, Rheman monstravit.

Planta est summopere tinctoria. Colores castaneus, aranci, caffè, niger, violaceus denique, materia tamen in ebullitione *Rhus Cotini* praeparata, prodierunt.

Ad n. 910. *Amygdali communis* lignum, et cortex colores pulcherrimos praestant, uti viridem obscurissimum, seu diaconis, pampadour, castaneum, violaceum.

Ad n. 913. *Pruni Armeniaci* ligno, et cortice colores plumbeus, pampadour, violaceus, aranci, culicis proveniunt.

Ad n. 914. *Prunus Cerasus* optima planta tinctoria est. Colores plumbeum, pampadour, caeruleum obscurissimum, cocholatae, nigrum, cinnamomi induxit.

Ad n. 916. 918. *Pruni Pomiliae*, itemque *spinosae* lignum, et cortex coloribus violaceo, pampadour, rosaceo, flavo aureo inficiunt,

Ad n. 919. Cortex *Crataegi Ariae* colores flavum, cinnamomi, plumbeum, caffè obscurum dat.

Ad n. 921. *Crataegus Oxiacantha*, planta communis, ob tinctorias utilitates, maximi est facienda. Nam praeter plurimos alios progignit quatuor primitivos colores flavum, caeruleum, violaceum, et nigrum.

Ad n. 922. *Crataegus Azarolus* in tinctoria fere valet ac *Prunus domestica* (Sup. ad n. 916 918.)

Ad n. 925. *Sorbus domestica*, sicuti et caeterae arbores, tinctoria est. Colores cineris, et napoleone praebuit.

Ad n. 926 *Mespilo inermi* acidum gallicum copiosius, quam *Sorbo* est. Colores obscurissimum plumbi dat, nec non obsurum persici, violaceum, castaneum.

Ad n. 927. *Pyri communis* cortex et lignum coloribus viridi, viridi olivae, caffè inducendis inserviunt,

Ad n. 928. *Pyrus malus* plurimos vividos colores praestat, uti viridem olivae, culicis, caffè obscurissimum, nigrum.

Ad n. 839. *Rosae caninae* lignum ruditer incisum praestavit colores cineris, culicis, violaceum, cocholatis, viridem obscurissimum.

Ad n. 947. *Rubi fruticosi* maxima est utilitas. Ligno colores olivae, obscurus napoleonus, viridis obscurissimus prodierunt. Radicum item decembri, aut januario extractarum ebullitione, cum sulphato ferri, addito gummi, optimum obtinetur atramentum. Denique fructus maturi luculentissimam purpuream tincturam lanae, et serico praestant.

Ad n. 960. *Tormentillae erectae* radices tincturae rubrae inserviunt.

Ad n 976. *Tiliae Europeae* lignum, et cortex inficiunt coloribus plumbeo, culicis, violaceo-griseo, castaneo.

Ad n. 994. *Delphinii Consolidae* flores ad caeruleum colorem perutiles sunt.

Ad n. 1011. Recenter natis *Clematis Vitalbae* ramusculis obtinentur colores vulgo fumo di cannone, et carmelita.

Ad n. 1114. Ab *Origano vulgari* tinctura rubra habetur: ad quam firmandam, lucidamque reddendam, dissolutio stamni opportuna erit.

Ad n. 1120. *Melissae officinalis* tota planta tinctoria est, ex qua colores flavus, viridis obscurissimus, viridis herbaceus, castaneus, solitis menstruis exurgunt.

Ad n. 1177. *Acanthus mollis* flavo colore lanam, sericum, linum inficit.

Ad n. 1198. *Thlapsi Bursa pastoris* varios colores, valde tinctoriae arti utiles, gignit.

Ad n. 1261. K. Ex *Brassicae Gongilodis* rapa, in furno exsiccata, et molita, panis substantiosus, et sanus fieri potest.

Ib. *Brassicae epiphyllitis* flores aliquibus acidi nitrici guttis admixtis, ebullitione, linum roseo colore inficiunt. Macerationi vero expositi indacum per praecipitationem suppeditant.

Ad n. 1271. Mos aliquibus abhinc annis invaluit, indacum ex *Isati tinctoria* extrahendi.

Ad n. 1274. Ex *Coluteae arborescentis* ligno, et cortice, eliciuntur colores olivae, cinnamomi, plumbi obscurissimi, viridis obscuri, olivae.

Folia in pulverem redacta, et fermentata, sunt optimum narcoticum.

Ad n. 1411. - 1435. Cuncta *Trifolia* colorem olivae gignunt.

Ad n. 1449. - 1480. *Medicago* cujusvis speciei varios, menstruis adhibitis, praestat colores.

Ad n. 1742 A *Citro Limone* colores olivae maturae, plumbeus obscurus, cocholatis, obtinentur.

Ad n. 1477. *Hypericum perforatum* colores flavum, olivae optimum, et lucidissimum, item carmelitae, et cinnamomi subministrat.

A ramusculis saponium ad maculas mirabiliter delendas, ebullitione cum soda, deinde rursus ebullitione cum oleo communi, et muriato sodae, facillime obtinetur.

Ad n. 1516. 1538. *Hieracium umbellatum*, ac *Cicorium Intybus* tingunt colore flavo.

Ad n. 1543. *Arctium Lappa* praebet colores viridem olivae, lucidum caffè, maturum olivae, cinnamomi.

E foliis, atque radicibus panis sanus, et sufficienter bonus, tempore inopiae, haberi valet.

Ad n. 1563. *Cynara Scolymus* optima est ad tincturam, variis coloribus flavis, et viridi olivae obtinendis.

Ad n. 1630. *Senecio paludosus* planta tinctoria est, compluribus gignendis coloribus apta.

Ad n. 1675. 1677. *Anthemis tinctoria* flavum colorem praestat. Eadem vi pollere *Anthemim nobilem*, ope dissolutionis stamni in acido nitrico, Tallier expertus est.

Ad n. 1691. *Helianthum tuberosum* viridi colore herbaceo inficere nuperrime constitit.

Ad n. 1695. 1700. *Centaurea Cyanus* et *Jaceae* flores, post macerationem, caeruleum colorem gignunt.

Ad n. 1726. *Violae tricoloris* radices rubro colore tingunt.

Ad n. 1728. *Impatiens Balsamina* materiam in dissolutione stamni in acido nitrico praeparatam variis coloribus inficit; Propriis vero mordentibus adhibitis, colore rubro.

Ad n. 1797. 1798. *Betulae albae* parvuli ramusculi, itemque cortices, exoticis lignis *Haematoxyli Campechiani*, *Caesalpinae crispae*, *Caesalpinae Sappan*, in ebullitione admixti, fugacem eorum colorem stabilem reddunt.

Cortices varios efformant colores flavos, violaceum, cocholatae, mixtum olivae, culicis.

Utraque *Betula*, *alba*, et *Alnus*, acido gallico valde abundat, ab iisque nigrum colorem oriri Mojon putat.

Ad n. 1802. 1803. Tam *Urtica urens*, quam dioica, tinctoriae sunt. Viridis color, item flavus, ex ipsis elicitur.

Ad n. 1804. 1805. Succus fructuum *Mori nigrae*, post fermentatio

nem vinosam, lanam, linum, et sericum, in dissolutione stanni praeparata, mirifice colore purpureo inficit.

Optimum, et generosum vinum e fructibus *Mori* tam *albae*, quam *nigrae* extrahitur.

Ad n. 1806. *Xanthium Strumarium* tingit colore flavo.

Ad n. 1821. *Quercus Ilex* colores violaceum, cocholatis, bleu infernalem, nigrum, olivae, pampadour, producit.

Ad n. 1825. *Quercus alba*, *et Robur* dant colores plumbeum, culicis, cineris, carmelitam.

Galla, quae ex *Quercu* resultat, febribus intermittentibus medetur.

Ad n. 1827. *Quercus Cerris* eosdem, ac *Quercus Ilex*, colores gignit, ac etiam meliori modo, si materia tingenda prius ebullitione cum exsiccatis foliis *Rhus Cotini* praeparetur.

Omnes Quercuum species maxime abundant acido gallico. Idcirco in arte coriaria summae sunt utilitatis.

Ad n. 1828. *Juglantis regiae* lignum a pluribus annis exsiccatum, ebullitione cum lixivia, tingit colore aureo. Recens vero cortex, praecipue radicum, ebullitione brevi, deinde lotione in lixivio, colorem caffè praestat: Ebullitione vero ter, aut quater repetita, niger color indelebilis obtinetur, quin opus sit sulfato ferri, cujus tamen usu, breviori methodo, idem exurgit color. Sulphato aeris color carmelita gignitur, qui in balneo lixiviae in castaneum mutatur.

Ad n. 1829. Cortex *Fagi Castaneae*, simplici ebullitione, colorem impartitur nucis, qui in balneo lixiviae caeruleus evadit, et paulo post, ad oxygeni contactum, fit violaceus, qui neque lixivia, neque mixtione sulphati aluminis, neque aceti ad horas octo infusione, mutatus fuit.

Ad n. 1830. *Fagus alpina* sive *sylvatica* cum sulphato aluminis colorem naukin ostendit: cum sulphato vero ferri colorem cineris, qui in lixiviae balneo fit napoleone.

Cortex vices Valloneae optime supplet coriis perficiendis, quae colorem nankin gratissimum acquirunt.

Oleum apprime, etiam picturae, utile, a fructibus suppeditatur.

Ad n. 1831. 1832. *Carpini Betulus*, atque *Ostrya*, acidum gallicum

in se habent, et inficiunt coloribus violae subobscuro, napoleone, castaneo, caffè obscurissimo, griseo obscuro.

Ad n. 1833. A *Coryli Avellanae* cortice colores napoleone, cinnamomi perfectissimi, violae, culicis, fumo di cannone, obscurus cocholatis, olivae, obtinentur.

Ad n. 1835. - 1838. *Pini* cujusvis speciei cortex colores napoleone, culicis, nigrum, plumbi obscuri, pampadour optimum, praestat.

Ad n. 1840. *Cupressus semper virens* eodem modo, eademque ratione ac genus universum Pinorum, arti tinctoriae inservit. Ex ipsa etiam resina, et pix extrahuntur.

Ad n. 1841. *Croton tinctorium* planta valde utilis tinctoribus est. Flores, sodae uniti, caeruleum obscurum colorem subministrant, qui, acido quovis adhibito, in rubrum mutatur.

Ad n. 1844. *E cucurbita* panis sanus, et bonus, egestatis tempore, confici potest.

Ad n. 1855. - 1866. *Salicis* omnes species lanam, et sericum, sulphatorum ope, variis coloribus mirifice tingunt, atque imprimis violaceo, purpureo, et nigro.

Cortex *Salicis albae*, atque *Salicis fragilis* virtute maxima in medicina pollet ad febres fugandas, ad haemorrhagias, dolores colicos, ulcera pulmonaria, sanguinis fluxum curanda etc.

Ad n. 1869. Lignum, a quo *Viscum album* prodit, tinctoriae aptissimum est. Nam colores viridem marinum, viridem diaconem, cinnamomi, pampadour obscurum, nigrum, olivae, culicis obscurum praestat.

Ad n. 1875. An *Cannabis* arbusculus perennis est? Certe aliquas plantas observatum est tres hiemes tulisse, folia vere resumpsisse, fibras lignosas obtinuisse.

Ad n. 1876. *Humulus Lupulus* varios colores causat.

Radices *Humuli Lupuli*, et *Polygoni Persicariae*, seu *Polygoni Hydropiperis* omnes virtutes *Smyllacis salsae Perillae* praeseferunt. Plurimum auctoribus *Materiae Medicae Indigenae* pro hac inventione debemus.

Ad n. 1879. - 1881. *Populi* cujusvis speciei maxime tinctoriae arti

sunt utiles. Praebent enim colores nucis, viridem, carmelitam, castaneum, limonii, cinnamomi.

Iisdem ac *Betulam albam* (sup. ad n. 1797. 1798.) pollere virtutibus Tallier affirmat.

Ad. n. 1882. 1883. A. *Mercuriali* sive *perenni* sive *annua* efficitur color viridis olivae, ac caffè. A foliis, fermentatione putrida excitata, indactus, ad tinctoriam artem aptissimus, extrahi potest.

Ad n. 1885.-1890. Juniperi in tinctoria tenuis vis est. Culicis tamen colorem in lana, et flavum aureum in serico, longa ebullitione, adhibitis sulphatis ferri, et aluminis, tartarito acidulo potassae, et liscivia, produxit.

Ad n. 1891. *Taxi* lignum, et cortex summam tinctoriam virtutem habent. Colores nankin, cinnamomi, pampadour, caffè obscurissimum, rosaceum, bleu Saxonum, cocholatis, purpureum, castaneum, plumbeum, pro menstruis, produxerunt.

Ad n. 1920.-1922. Ab Acerum cortice, et ligno, ope sulphati ferri, et lixiviae, rosaceus color in serico, et culicis in lana prodiit.

Ad n. 1924. 1925. *Fraxini excelsioris*, et *Orni* folia, et cortices, ad colores flavum sulphuris, et viridem, in lana, et serico gignendos quammaxime conferunt.

Ad n. 1930. *Ficus* folia contusa ad tincturam, potissimum pannorum lanae, apta esse, scribit Tallier.

Ad n. 1943. *Pteris Aquilinae* radices, perutiles tincturae esse experientia ostendit,

Ad n. 1956. *Adiantum Capillus Veneris* bonos exprimit colores in lana, et serico, uti flavum aureum, viridem olivae, cinnamomi.

Ad n. 1960. 1962. *Lycopodia Clavatum*, et *Campanulatum* ad colorem flavum aptissima sunt.

Ad n. 2029. seqq. —— *Lichen juniperinus*, *parietarius*, *vulpinus*, et *pustulatus*, lanam, sericum, et linum flavo colore tingunt. *Tartareus* vero, *cocciferus*, *parellus*, *saxatilis*, colore rubro. Sed *Lychen Rocella* colores violaceum, et rubrum producit.

INDEX GENERVM

IN HOC ALTERO VOLVMINE CONTENTORVM.

CLASSIS XIV. DIDYNAMIA.

CLASSIS XV. TETRADYNAMIA

1222. 1223. *Dentaria*
1224.—1229. *Cardamine*
1230.—1240. *Sisymbrium*
1241.—1244. *Erysimum*
1245.—1250. *Cheiranthus*
1251.—1254. *Hesperis*
1255. 1256. *Arabis*
1257.— *Turritis*
1258 —1263. *Brassica*
1264.—1266. *Sinapsis*
1267. 1268. *Raphanus*
1269. 1270. *Bunias*
1271.— *Isatis*
1272.— *Crambe*

CLASSIS XVI. MONADELPHIA

I. DECANDRIA

1273.—1290. *Geranium*

II. POLYANDRIA

1291.— *Sida*
1292. 1293. *Althaea*
1294.— *Alcaea*
1295 —1300. *Malva*
1301.— *Malope*
1302.— *Hibiscus*

CLASSIS XVII. DIADELPHIA

I. HEXANDRIA

1303.—1308. *Fumaria*

II. OCTANDRIA

1309. 1310. *Polygala*

III. DECANDRIA

1311.—1314 *Spartium*
1315. 1316. *Genista*
1317.—1326. *Ononis*
1327. 1328. *Anthyllis*
1329. 1330. *Lupinus*
1331.—1333. *Phaseolus*
1334.—1337. *Pisum*
1338.—1341. *Orobus*
1342.—1355. *Lathyrus*
1356.—1364. *Vicia*
1365.—1368. *Ervum*
1369.— *Cicer*
1370.—1373. *Cytisus*
1374.— *Colutea*
1375.— *Ulex*
1376. 1377. *Glycyrrhisa*
1378.—1382. *Coronilla*
1383. 1384. *Ornithopus*
1385. 1386. *Hippocrepis*
1387.—1390. *Scorpiurus*
1391.—1395. *Hedysarum*
1396.— *Galega*
1397.— *Phaca*
1398.—1408. *Astragalus*
1409.— *Biserrula*
1410.— *Psoralea*
1411.—1435. *Trifolium*
1436.—1445. *Lotus*
1446.—1448. *Trigonella*
1449.—1470. *Medicago*

CLASSIS XVIII. POLYADELPHIA.

CLASSIS XIX. SYNGENESIA

1678.—1683. *Achillea*
1684.—1689. *Buphthalmum*

III. POLYGAMIA FRUSTRANEA

1690. 1691. *Helianthus*
1692.—1711. *Centaurea*

IV. POLYGAMIA NECESSARIA

1712. 1713. *Calendula*
1714.—1717. *Filago*
1718.— *Micropus*

V. POLYGAMIA SEGREGATA

1719. 1720. *Echinops*

VI. MONOGAMIA

1721.— *Iasione*
1722. 1723. *Lobelia*
1724.—1727. *Viola*
1728.— *Impatiens*

CLASSIS XX. GYNANDRIA

I. DIANDRIA

1729.—1744. *Orchis*
1745.— *Satyrium*
1746.—1751. *Ophrys*
1752.—1755. *Serapias*
1756.— *Cypripedium*

II. TRIANDRIA

1757.— *Burghesia*

III. PENTANDRIA

1758.— *Passiflora*

IV. HEXANDRIA

1759.—1761. *Aristolochia*

V. POLYANDRIA

1762.—1767. *Arum*
1768.— *Zostera*

CLASSIS XXI MONOECIA

I. MONANDRIA

1769.— *Zannichelia*

II DIANDRIA

1770.—1773. *Lemna*

III. TRIANDRIA

1774. 1775. *Thypha*
1776.— *Sparganium*
1777.— *Zea*
1778.—1796. *Carex*

IV. TETRANDRIA

1797. 1798. *Betula*
1799. 1800. *Buxus*
1801.—1803. *Vrtica*
1804. 1805. *Morus*

V. PENTANDRIA.

1806.—1808. *Xanthium*
1809.— *Ambrosia*
1810.—1814. *Amaranthus*

VI. POLYANDRIA

1815.— *Ceratophyllum*
1816. 1817 *Myriophyllum*
1818.— *Sagittaria*
1819.— *Theligonum*
1820.— *Poterium*
1821.—1827. *Quercus*
1828.— *Iuglans*
1829. 1830. *Fagus*
1831. 1832. *Carpinus*

1833.— Corilus
1834.— Platanus

VII. MONADELPHIA

1835.—1838. Pinus
1839.— Ricinus
1840.— Cupressus
1841.— Croton
1842. 1843. Momordica
1844.—1848. Cucurbita
1849. 1850. Cucumis
1851. 1852. Bryonia

CLASSIS XXII. DIOECIA

I. MONANDRIA

1853.— Najas

II. DIANDRIA

1854.— Vallisneria
1855.—1866. Salix

III. TRIANDRIA

1867.— Empetrum
1868.— Osyris

IV. TETRANDRIA

1869. 1870. Viscum
1871. Hippophae

V. PENTANDRIA

1872. 1873. Pistacia
1874.— Spinacia
1875.— Cannabis
1876.— Humulus

VI. HEXANDRIA

1877.— Tamus
1878.— Smilax

VII. OCTANDRIA

1879.—1881. Populus

VIII. ENNEANDRIA

1882. 1883. Mercurialis
1884.— Hydrocharis

IX. MONADELPHIA

1885.—1890. Iuniperus
1891.— Taxus
1892. 1893. Ephedra

X. SYNGENESIA

1894.—1896. Ruscus

CLASSIS XXIII. POLYGAMIA

I. MONOECIA

1897.— Celtis
1898. 1899. Veratrum
1900.—1902. Andropogon
1903. 1904. Holcus
1905.— Cenchrus
1906.—1908. Aegylops
1909.—1911. Valantia
1912.— Parietaria
1913.—1919. Atriplex
1920.—1922. Acer
1923.— Mimosa

II. DIOECIA.

1924. 1925. Fraxinus
1926. 1927. Chamaerops
1928.— Diospyros

III. POLYOECIA

1929.— Ceratonia
1930.— Ficus

CLASSIS XXIV. CRYPTOGAMYA

I. FILICES

1931.—1935.	*Equisetum*
1936. 1937.	*Ophioglossum*
1938.—1940.	*Osmunda*
1941. 1942.	*Acrosticum*
1943.—	*Pteris*
1944.—1950.	*Asplenium*
1951.—1955.	*Polypodium*
1956.—	*Adiantum*
1957.—	*Trichomanes*
1958.—	*Marsilea*
1959.—	*Pilularis*

II. MVSCI

1960.—1962.	*Licopodium*
1963.—	*Phascum*
1964.—	*Fontinalis*
1965.—	*Polytrichum*
1966.—1980.	*Mnium*
1981.—1996.	*Bryum*
1997.—2009.	*Hypnum*

III. ALGAE

2010.—2017.	*Iungermannia*
2018.—	*Targionia*
2019.—2022.	*Marchantia*
2023. 2024.	*Riccia*
2025. 2026.	*Anthoceros*
2027.—	*Blasia*
2028.—	*Sphaerocarpos*
2029.—2057.	*Lichen*
2058. 2059.	*Chara*
2060.—2062.	*Tremella*
2063.—2066.	*Botrytis*
2067. 2068.	*Fucus*
2069.—2071.	*Vlva*
2072.—2080.	*Conferva*
2081.—2089.	*Byssus*
2090.—2097.	*Mucor*

IV. FVNGI

2098.—2104.	*Agaricus*
2105.—2117.	*Svillus*
2118.—2120.	*Polyporus*
2121.—2123.	*Erinaceus*
2124.—2187.	*Fungus*
2188.—2190.	*Phallo-Boletus*
2191.—2193.	*Boletus*
2194.—2196.	*Coralloides*
2197.—2204.	*Lycoperdon*
2205. 2206.	*Tuber*

APPENDIX.

DIANDRIA MONOGYNIA

2207.—	*Iasminum*
2208.—	*Lycopus*

TRIANDRIA MONOGYNIA

2209.—	*Iris*

TRIANDRIA DIGYNIA

2210. 2211.	*Triticum*

TETRANDRIA MONOGYNIA

2212.—	*Globularia*
2213.—	*Cornus*

PENTANDRIA MONOGYNIA

2214. 2215.	*Cynoglossum*
2216.—	*Borago*
2217.—	*Soldanella*

PENTANDRIA DIGYNIA

2218.—	*Artedia*
2219.—	*Visnaga*
2220. 2221.	*Selinum*
2222.—	*Libanotis*
2223.—	*Cuminum*

2224.— *Pastinaca*

PENTANDRIA TRIGYNIA

2225.— *Viburnum*

2226.— *Telephium*

PENTANDRIA TETRAGYNIA

2227.— *Parnassia*

PENTANDRIA PENTAGYNIA

2228. *Sibbaldia*

HEXANDRIA MONOGYNIA

2229.— *Pancratium*

2230.— *Phalangium*

2231.—2234. *Aloe*

HEPTANDRIA MONOGYNIA

2235.— *Agrimonoides*

OCTANDRIA MONOGYNIA

2236.— *Oenotera*

2237. 2238. *Pyrola*

2239.— *Styrax*

DECANDRIA TRIGYNIA

2240.— *Drypis*

ICOSANDRIA POLYGYNIA

2241.— *Rosa*

POLYANDRIA TRIGYNIA

2242. 2243. *Aconitum*

POLYANDRIA POLYGYNIA

2244.— *Thalictrum*

2245. 2246. *Isopyrum*

2247.— *Trollius*

DIDYNAMIA GYMNOSPERMIA

2248.— *Satureja*

2249. 2250. *Hyssopus*

2251.— *Lavandula*

2252.— *Galeopsis*

2253.— *Prunella*

2254. 2255. *Cardiaca*

DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA

2256.— *Euphrasia*

2257.— *Lathraea*

2258.— *Tozzia*

2259.— *Erinus*

TETRADYNAMIA SILICULOSA

2260.— *Myagrum*

2261.— *Anastatica*

2262. 2263. *Draba*

2264.— *Clypeola*

TETRADYNAMIA SILIQUOSA

2265.— *Dentaria*

MONADELPHIA POLYANDRIA

2266.—2268. *Lavatera*

DIADELPHIA OCTANDRIA

2269.— *Polygala*

DIADELPHIA DECANDRIA

2270.— *Anthyllis*

2271. 2272. *Dolichos*

2273. 2274. *Colutea*

POLYADELPHIA POLYANDRIA

2275. 2276. *Ascyrum*

ANIMADVERSIONES CL. BELLENGHI p.505

INDEX ALPHABETICVS NOMINVM ET SYNONYMORVM

Ne pagina vacet, quaedam addimus, quae botanophilis grata esse valeant. Auctorem nostrum peculiari studio plantas ad Cryptogamiam pertinentes, vel iis proximiores, pertractandas suscepisse et *Flora*, quam hic edidimus, et opuscula ab ipso, dum viveret, publici juris facta (Vid. Sup. Tom. I. Praef. pag. VIII et IX.) demonstrant. Iam vero in methodo (ib. et hic T. 2. p. 487. a) Florae sibi propria Classem ibi XIX. sic distribuit. Primo veniunt plantae involucris destitutae, staminibus tamen, atque pistillis patentibus donatae, atque duas recenset, *Salicorniam*, cui stamina, e squamularum commissuris distincte prodeuntia, apicibus subrotundis, duo, assignat, et pistillum unum bicornem. Altera, quam recenset, *Ruppia* est. Secundo veniunt Filices, floribus hermaphroditis, dorsiferae, *Filix*, *Lonchitis*, *Polypodium*, *Adiantum*, *Rutamuraria*, *Asplenium*, *Trichomanes*, *Lingua Cervina*, *Hemionitis*, *Osmunda*, *Ophioglossum*, *Equisetum*, *Chara*. 3. Musci, quos ait floribus, et seminibus, peculiaris formae tamen, atque fugacioribus, nec non magis minusve occultis, donatos, *Lycopodium*, *Polytrichum*, *Bryum*, *Hypnum*, *Mnium*, *Sphagnum*, *Fontinalis*, *Iungermannia*. 4. Plantae, quarum hactenus sexus probe haud innotuit, seu quarum ultimae differentiae dubiae manent, *Marcantia*, *Marsilea*, *Lenticula*, *Pilularia*, *Ricoia*, *Anthoceros*, *Blasia*, *Lichen*, *Tremella*, *Botrytis*, *Mucor*, *Zostera*, *Conferva*, *Fucus*. Ex hisce tres postremas sub-marinas vocat, Classem autem XX. tantum incoeptam *de Fungis* inscripserat. Denique in alio ms. tractatus de *Lithophytis*, et *Zoophytis*, quem Auctor ipse vivens seorsim edidit, *Classis ultima* in fronte signatur.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Mag. Sacri Palatii Apostolici.

J. Della Porta Archiepiscopus Damascenus Vicesg.

IMPRIM[illegible].

Fr. Philippus [illegible] S. P. A. Mag.